iuratoriam cautum, expressis dato oblato non est cur do-
natoris ante modi implementum donatarius non co-
erceatur argumento [illegible] Iulianus § offerri de act.
empt. iunct. l. in pulla § 6 § [illegible] 2 locati accedit
insuper ratio Bald. quae in foro [illegible] illis ipsis
persuadet qua tamen in plura pacta innominata
propter formam [illegible] videatur ad [illegible] respectivum
modalis

Modales continere, sunt tamen plurima pacta innominata modaliter concepta, in quibus ordinatione naturali atque ex probabili mente contrahentium alter implementum suum explicare non potest, nisi alter contrahens prius implementum explicaverit; v.g. dabo tibi 100, ut domum michi edifices, sive nunc hoc pactum locatum esse velis, quod expeditum non est, sive contractum innominatum esse velis. Ergo longe certius est, tamen respective contractus modalis rigorose non est, quia uti inquit Bald. in ordinatione naturali atque ex probabili mente contrahentium impensas fabricae explicari prius, nec potest, nec debet, quam pecunia promissa ab altero contrahente numeretur, unde infert eleganter quod dictus modalis conceptio respective contractus modalis rigorose non faciat, sed ipso pariter maneat, et oporteat naturaliter obligatum pure in illo omittente ab initio generat, et pecuniam modaliter promissit, adeo ut ante fabricam artificisque impensas promissa pecunia artifici solvi naturaliter debeat, propter probabilem mentem contrahentium atque ipsius negotii ordinationem naturalem, hoc dictis in fortioribus etiam terminis explorat. Pone enim enarrabis factum nongentum modaliter fabricaveris. Plane nemo dubitat eum esse contractus potius
conditionaliter conceptus dabo tibi 100 si ex tuis domum michi fabricaveris
ut obligationem naturalem in pacto atque civilis atque naturalis in contractibus
conque suspendat l. cedere 223 de V. S. l. huiusmodi ff. in principio delegat. l. quod diebus 41 § ult. de condit. et demonst. l. lex in principio tenetur 60 § lege dicta ff. locati, § 4 inst. de V. O. et nunc in hac specie propter naturalem negotii ordinationem nemo dubitabit prius esse pecuniam, quam fabricam explicandam, igitur a fortioribus terminis pactorum, modaliter, atque etiam conditionaliter conceptorum, naturalis obligatio adimendo, in altero tantum contrahente, vi ipsa ignoscat

fateri necesse est, quod si donator per pactum modale ita donet, promitto tibi 100 donatiue ea conditione ut examen in iure Cesareo subeat pro obtinenda laurea Salmantina, naturalis saltem inchoandi obligatio in donatore reipsa prius ignascitur, iam vero si naturalis saltem obligatio inchoandi propter naturalis negotij ordinatus prius in donatore ingenerat, necesse etiam est civilis obligatio ex Sancte Iustin. ante omne modi implementum donatoris abstringere, quia civilis potestas sanctius nulla naturalis obligatio producit, sed in antiqua obligatio naturalis vim civilis influit, argumento in lege legitima 6 ff de pact, cum non de obligat iuris naturalis gent tractamus civilis potestas circa influentiam dumtaxat exercet, circa nativitatem vero earum obligationum civilis potestas nulla est ex dicta lege 6 ff de pact notabiliter fortius contra Barth in lege 7 § quin imo ff de pact nu. 20

Ex quo

communis relictis doctoribus et precipuus noster ad forum interpretatus effectus probatus manet, atque sententia Barbatij illorum diruta manet, qui opponunt donationes modales per pactum modale interpretatum non posse Iustiniani legitimari pro paciscenti ratione, quia licet modalis donatio ante Iustin. contractus innominatus fuit, et ideo ex illius qua tamen a Paulo recensent in lege de prescript verb. quorum illa contraria est distinctio, ut obligatio naturalis pacti potestate non producant argumento in lege explicatio 3 de rerum permutatione, lege Dio permutatio ff eodem tit., quo loco vim illa permutatio dicitur ex re tradita, in initijs obligationis similiter

hanc

hanc emphasim habere vident iuxta forte. nis. et Bald. ut non soly obligaty civilis initium, verum etiam initiy nataly obligatio ex trad ditione ipsa oritur, sup[er] hoc n[ost]r[u]m pacti honicum habet, ut alterutrius obligatio etiam nataly ab alterutrius implemento initium capiat, ut et nos sup[er]ius mem. to hoc diximus, ig[itur] v[er]o si p[ro]pt[er] hanc causam pactum modale donationis, innominatus contractus respective ante Iustin. fuit, ut plerique contendunt cum Barth. in l[ege] in quibus g. §. 2. ff de donat. narius est modale pactum donationis ante donatorii (donatarii) implementum non potuisse, p[er] sanctio[n]e Iustin. legitimari ad hoc, ut aliqua contractus pura, l modalis, respectiva legitimet oportet aliqua obligatio natalis cum ipso contractu nascenti, quae ad status efficaciam civilis, p[er] legem erigat. si n[on] nulla prorsus obligatio cum ipso contractu nascat, nulla etiam erit obligatio nataly, quae pariter p[er] leges legitimari, arg[umento] to in l 6. et 7. ff de pact.
21

Huic arg[ument]o, q[uo]d omni eius cruciavit int[er]pretes, nos directe respondemus affirmantes, in omni contractu innominato respective modali, ante omne contrahentium implementum subesse obligationem nataly recipe, quam lex civilis legitimare, l non legitimare poterit, p[ro]ut publica utilitas p[er]suaserit, l p[ro]ut nataly priori obligandi vis, et potestas p[er]suaserit, q[uo]d inde q[uo]que in modali pacto donationis contractu respective p[ro]cedit, quia vi ordinatis nataly negotii, q[uo]d gerit, in obligationem natalem indonatore p[er]mittente ingenerari, quam nataly obligatio et potuit, et debuit p[er] sanctionem Iustin. legitimari, hanc

seluts, 3a Bald. efficacit defendit fortiori in capt. 1. de pact. nº 31. ex rationibus autem forensi unam, l alteram elligemus, quam efficacius concludere quamque nobis est. ponamus nunc respectivas conventiones empti et venditi ante omnes civiles legis lationes Romanas idest in puro statu iuris gentium antequam ius civile eas conventiones legitimaverit, quae suppositio inprimis non tantum est probabilis, verum etiam extraordinario, primus quod conventio empti, et venditi ex ipso iure gentium respectiva est atque idcirco a Paulo l. 1. ff. inter illas conventiones respectivas recensetur, quae pertinent ad contractus respectivos do ut des, l. 1. §. et si quis de praescript. verb. deinde quod haec conventio empti, et venditi ante omnes legis lationes civiles in ipso iure gentium ignota est l. 1. & ult. ff. de contrahenda empt. l. 1. ff. locati, quo circa ad conclusionem nostram probatam recte assumimus hanc conventionem cum eius ut de convent. locationis in puro statu iuris gentium ante omnes civiles legis lationes, quae illas legitimaverit.

Ponamus itaque hanc empti conventionem in puro statu iuris gentium, et deinde quaerimus utrum haec conventio de pretio pro merce et mercis pro pretio obliget contrahentes naturaliter, perinde dum adhuc est in statu solius conventionis. et plane si respondeas eam ex statu solius conventionis ex iure gentium contrahentes naturaliter obligare, tenemus perfecto intentum, atque concludent conclusionem nostram probabimus, quae id ipsum intendit scilicet conventionem respectivam, sive modalis ex iure gentium naturaliter obligare, proindeque in eas naturalis obligatio, ea olim ante omnes civiles legis lationes inesse, quam lex civilis legitimare postea potuit, aut utilitas publica exigerit, l. quia naturalis priores potestas praevaluit, atque idcirco in respectivo, sive modali pacto donatus

donatus natalis obligatus, cum inde in donatione omittenti ingenerari, quas potuerit, et libertatis ex lege in fauorem legitimari in illis casibus ... fuit l. si donat etiam possituendi iure solo de ... responderis cum Bald. et sequacibus in l. si ... libertas etiam ... l. ... et fecit error. ... cum Bald. respondens in contractu respectiue emptionis et venditionis non ... in puro statu iuris gent. ante ciuilis legis latis obligationes natalis reciproce non subesse, ut possit in quo deficiat equitatis ... tatis, ante implementum alterutrius contrahentium, ubi ratio ... Bald: nos contra confortamur ubi ... sic insurgit, in contractu respectiuo emptionis et venditionis, ante legislatores ciuilem in puro statu iuris gent. nulla est obligatio natalis reciproca. ... lex ciuilis, quis ante contractus hanc emptionis et venditionis legitimas postea fecit, non solum ciuilem, verum etiam natalis obligationis huic contractui dedit, ... ante legem ciuilem in puro statu iuris gent. nulla, nec natalis ... obligatio predictus contractus inerat, ... est fateri natalis, et ciuilis obligationis, quas post legitimatas predictas contractio habet, ab ipsa lege ciuili legitimante profluere. hoc autem fortunio, et nobis atque omnibus bene sentientibus absurdissimum est, quod lex ciuilis, que ... contractibus iuris gent. versatur, neque circa natalis obligationis, neque circa natalia principia obligandi aliquid ponit, sed efficaciam tantum ciuilem obligationis natalis iam antea existenti superaddit. Ratio est perspicua, quod legitimatio ciuilis, nihil aliud est, quam diiudicatio quaedam, exercitata lex ciuilis de meritis, atque iustitia intrinseca natalis contractuum iuris gent. ita diiudicat, ut eos contractus decernat legitimos, quos faciat, quorum merita natalia fortiora sunt, et quorum usus ad commercium generis humani omnino necessarius est; eos vero contractus legitimos non faciat, quorum merita natalia imbecilliora sunt, et quorum usus ad commercium generis humani necessarius non est, ut legislatoris expertus est quas eleganter doctissimus inuenies apud fortunas

ibi et legitima 6. ut tradit ff de pact; et in capt. 2
extra eod. tit. n. 3. cum sequent.
Nec obstat
... [illegible] ... respondetur obligationem 2
naturalem, quam civilis praedictis pacto empti, et venditionis
inductam esse a solis legitimantes, propter publicam utilitatem
ac commercium huius civitatis exigentiam, sine quo huma-
na commercia perirent, ut respondet Donel. lib. 12 comment.
cap. 20. faber in rationali ad l. 7. § 2. ff de pact. Ge-
dicus de contrahend. stipulat. relect. 2. n. 8. 2. Men-
chac. controvers. usu frequent. capt. 29. n. 4. cum sequentibus.
Non inquam obstat praedictis ponderis, quia ratio ista
illud tantum concludit, obligationem naturalem cum praedi-
ctis pactis respectivo in generatam, ad efficaciam civi-
lem propter commercium usum generis humani legitima-
tam fuisse, aliquin non praedicta naturalis obligatio pactorum re-
spectivo empti et venditionis ante leges civiles non esset,
neque lex civilis, nec commercium necessitas
requisitam talis obligationem naturalem pacto dare potuisset prima-
rie tutelam, qualia sunt lex l. Vitis l. plebiscitis
aut praetor, effectus tantum civiles, non vero effectus naturales
producere possunt, ut ratio ipsa demonstrat, quia in
pacto empti respectivo, ante omnes leges civiles na-
turalis obligatio inest ad tradendam merces, et solvendum
pretium quam exclusio, cum vera sit in contractu respectivo
empti, etiam etiam in quolibet pacto respectivo
dato, ut do ut facias, vel do ut des, facio ut facias
ut facias ... exsurgent, atque ex protonis natu-
ralibus omnia praedicta respectiva contractus empti, et ven-
ditionis aequalia sunt l. 8. § et 2. ff de praescript.
verbis iure ... nihil differt contractus empti
a contractu do ut des, neque contractus locati differt ...
do, ut facias dict. l. § 8. 2. et 2. ff de praescript.
verb. Fortunius ubi proxime laudatus

[illegible] Rursus legendo

24 Conclusionis adiectio urgentioribus probat, quod modus
adiectus futurus, atque causa respectiva futura
nec obligationem naturalem nec naturalem et civilem obligationem
suspendere possit, l. 21 et 2 C. de dolis, quod quomodo
etiam repetentes, l. si filia 44 ff. de manumiss.
test. l. 42 § ult. ff. de donat. et demonst. in textu Barth.
interpretatis ab omnibus approbata, cuius ratio ab
ipsa modi definitione desumitur quam tradit Barth.
in dict. l. 44 § ult. ff. de donat. et demonst. nimirum
modus adiectus ad dispositionem nihil aliud est
quam moderatio quaedam rei perfectae accedens, quae de-
finitio ex allegat. C. [illegible] urgentius probat quod
modus adiectus nec naturalem obligationem nec naturalem et civilem
obligationem suspendit, nisi hoc est moderatio adiecta
obligationi in suo genere iam perfectae, si non adiiciat
obligationi civili, cum in suo genere perfectae accedit
l. si [illegible] de manumiss. test. dict. l. 2 C. de his
quae sub modo, quod si modus [illegible] obligationi naturali, cum
in suo genere perfectae accedit, quod non ineleganter ex-
plicavit Sarmiento lib. 2 select. cap. 3 [illegible]
3a Cuiat. consult. 2 etc., et plane quae rationis
1 communis satis efficaciter concludere videatur, nos et alio
etiam modo probare solemus ex Aristot. lib. 4 physic. cap. [illegible]
quippe quatenus modus adiectus sit futurus et causa res-
pectiva sit futura, [illegible] neque puram
conventionem promittentis, neque ipsam naturalem obligationem ex
conventione pura procedentem suspendere potest, ratio est
quia [illegible] dilecto fine, quo tempore promissionis
promittentem viget, ipsam causam finalem ad [illegible]
supplet, eiusque vices adimplet: non est minus po-
tens praesens [illegible] dilectio finis, quam ipsius
finis realis existentia, uti physici, et Ga-
briel Olan probant exemplo athletarum, qui in

Sacra certamina spes salus corona dependent; haec
autem hic non repetimus, quia fusius scripsimus ad
Papinianum lectura 40 de pact. tandem probat quod in
promissionibus conditionalibus, quarum conditio de fu-
turo operatur, conditio ipsa futura non impedit
praesentem naturalem, et civilem obligationem nativitatem, l.
cedit dies l. 213 de V.S. iuxta verba Cuiacii, Duareni et
Contii interpretationem, l. si filius § l. in executione 85
ff. de V.O. l. si iure 24 infra de condict. et demonstr.
aliisque, quae congessimus ad eundem Papinianum locum ubi etiam
respondimus ad text. in l. cedere diem 213 de V.S. ipsique
de stipulat. praetoriis allegata, et subiecimus in conditionalia
continentibus explicuimus, quod neque modus
adiectus futurus, neque causa finalis respectiva fu-
tura potuerunt suspendere, aut vero puram promit-
tentis, aut naturalem obligationem puram ex puro consensu procedentem
proindeque multo minus suspendere potuerunt naturalem prae-
dictam obligationem aequitatis. quae ratio sentire perficit uni-
versa Baldi sequacium quae ratio diruit, qui docere consent
in praedictis pactis respectivis naturalem obligationem ante
implementum non nasci, quia nulla est aequitas
praestationis ante implementum modi adiecti, quae ratio 25
ex supra dictis confundit.

Sed obiicies urgentius in contractibus
innominatis respectivis non solum re adhuc integra, ve-
rum etiam post inchoantem implementum, admitti repetitio-
nem datarum ex capite poenitentiae l. 3 § ult. tit.
2 et sequentibus l. si pecuniam § in prin. et § 2 de condict.
causa data, quod ille ex contractibus, quo dando incho-
avit contractus, nullam naturalem quidem obligationem obstric-
tus inchoavit; aliquin si naturalem saltem obligationem obs-
trictus inchoaret, conditio ex capite poenitentiae nequa-
quam admitteret, quippe quod praestitum est effectus na-
turalis obligationis, et haberet sibi repetitionem

atque

atque exceptio dare repetentis leg. si pen. ff. de cdict.
indeb. in prin. atque constructa, et hanc pretor depact. et
ibi repetentes locupletissime; eiusdemque difficultas ex
illis est, cui pauci ex interpretibus con-
cludenter responderunt. At nos
atque et breviter, et concludenter ni fallimur, responde-
bimus cum Raphaele Cumano in leg. si pecuniam ff. de
cdict. causa dat.; respondebimus itaque distinguendo
maiorem propositionem in qua id assumebat; sit in contractibus in-
nominatis respective tam re integra, quam re non integra,
admitti repetitionem ex capite penitentiae, quam propositionem sic
distinguimus; in contractibus innominatis admittitur
penitentia si contractus ab executione, et datione incipiat
dudo ans. admittitur repetitio ex capite penitentiae si
contractus incipiat a pacto, et conventione nego ans, proindeque
sub eadem forma distinguimus coeteras, in quo assumebat.
illum ex contrahentibus, qui contractus inchoat nulla, nec naturali
quidem obligatione obstrictum inchoare, quam propositionem sic
distinguimus: nulla obligatione naturali obstrictus inch-
oat, si contractus incipiat a traditione, et executione dudo
log.; si contractus incipiat a conventione, et pacto nego log.
et plane diligentissime observabit predictus Cumanus
quod neque Castrensem nec Fortunium latuit, omnia scilicet iura
de repetitione ex capite penitentiae loquentia in ea
specie loqui in qua contractus non incipit a conventione
sed a datione, et executione, qualia sunt iura in prin. huius
numeri enarrata, neque alius locus expressus est in iure
26 qui de repetitione ex capite penitentiae loquatur.

Nunc vero

ut huius distinctionis vis, et potestas radicitus dignos-
catur. observandum est, contractus innominatos respective
sit in suis propriis, rigorosisque terminis assumantur, ut eos
Paulus assumpsit in leg. 5 de praescriptis verbis ab executione
semper inchoari, non tamen dixit Paulus contractus respectivos

esse, dabo, ut des, dabo, ut facias, facio ut des etc. in quo genere non ab exsecut.e, sed a pacto incho. arent.; quia utrius dabo, et utrius faciam pactus est non exsecutio. quin imo ita scripsit Paul. contractus sit innominatos respectivos esse do, ut des, do, ut facias, facio, ut des, facio, ut facias. in quo genere non a pacto, et conventione, sed ab exsecutione predictos contractus inchoant. utrius enim do non est conventio dandi, sed imo efficax datio, atque exsecutio est. deinde utrius facio non est conventio faciendi, sed efficax pacti exsecutio est. itaque enarrati contractus prout stricte a Paulo assumuntur non a conventione, sed potius ab exsecutione inchoant. Rursus observandus est, quod tametsi dicamus predictos contractus innominatos respectivos rigorose sumptos ab exsecutione inchoari, non tamen adeo nude a conventione exsistunt, ut nulla prorsus conventio insit exsistat, quin imo vero et certe conventio omnibus innominatis contractibus respectivis, inest; sed tamen non inest ex parte inchoantis sed solus ex parte accipientis, cui efficaciter dat. Cuiusvis gratiam pactus exsequitur ille, qui faciendo inchoavit, nimirum contractus totus integraliter ita concipitur a Paulo, do, ut des do, ut facias, in qua formula prior illa pars sit ~~[illegible]~~ ut des, ut facias pactus est, et conventio non exsecutio; ita ut tota formula ab exsecutione est, et pacto componitur medare exsecutio est, ut des tu pactus est, quae formula decisio communis est omnibus quatuor innominatis contractibus respectivis, uti considerantibus facile constabit, ita ut prior pars singularis formularis sit stricte exsecutio inchoantis; posterior vero pars formularum sit conventio ex parte accipientis, cuius in cuius gratia factus ab inchoante celebrat. quam uerte. atque eleganter formularis decisio ex fortunio dispon primus in l. 97 § etideo de pact. 162 tto

64

207 et in § qui imo eiusdem l. 7 Ex qua doctrina
abinde pretibus non satis animadversa ingentis iuris ef-
fectus derivant; atque inprimis ex illa eluctus, et po-
testas superioris distinctionis nostrae, qua ad argumenta nostra re-
spondebamus: nimirum si contractus innominatus respecti-
vus incipiat ab exsecutione, et non a conventione, locus est
penitentiae, et repetitioni; quamvis accipiens paratus
sit ex sua parte implere dicta l. 5 § 2 et 3 dicta l. 5 § in
principio et § 1 et l. ultima de condictione causa data, ratio est
perspicua, quia sit ille ex contrahentibus, qui incipit ab ex-
secutione nullo iure, nec naturali quidem obstrictus inchoat
in contractibus non omnis naturalis obligatio a pacto, et conven-
tione derivat l. 1 versiculo Pedius de pactis; ea autem ille
ex contrahentibus, qui dando inchoat, nullo pacto, et
conventione obstrictus inchoat, ideo ante accipien-
tis implementum repetitio ex capite penitentiae
quia ubi nulla est obligatio, imo ubi omnimoda
libertas est, penitentia datis prohiberi non de-
bet, nec quod quis proferens, si dixeris, datis ipsam
obligare inchoantis, ne resiliat, quasi voluerit se
per datis ipsam in favorem accipientis naturaliter obli-
gare; non inquam proferens, si ita respondeo, quia
assumptio ista eadem facilitate, qua obiicit a Papo
et Sabino negatur in l. 7 § pen. et ult. de donationibus
quippe ille, qui dat, ut accipiens faciat, fidelitatem sibi
legem non dicit, sed accipienti legem dicit, si quidem
ex donatione inchoantis resultat causa ad pactum
accipientis, ut pactus illud vestiat, quod in 2a for-
mula partem continet, ut in nostro precedenti dicebamus
illud nostro vero notanter accipiendum, seu observan-
dum est omnia sit iura loquentia de repetitione
ex capite penitentiae in ea stricta specie loqui, in
qua innominatus contractus respectivus ab exsecutione

incipit, non a pacto qualia sunt iura indict. l. 3 ff. et l. et l. in prin. et Gret de xdict causa dat. ex qua doctrina urgens nre repetit p batio resultat, ut no= tavit Camanus ubi proxime

Que cogitase habeant 21
circa practica contractus inno minatorij, qui re ipsa; atque executione inchoant, contra ratio ex diverso facit, utrii innominati contractus respectiui non ab exsecutione, sed a conventione inchoent, nulla penitentia admitti possit v.g in hoc contractu dabo ut des, l dabo ut facias, in qua specie, modo contractus stet in statu solius conventionis re adhuc integra, modo adhuc stet in statu inchoationis; quia iam alteruter ex contrahentibus inchoavit nulla penitentia admitti potest utique si contractus stat in statu solius conventionis; et penitentia int. veniat, nulla quidem dabit actio civilis contra penitentem. Verum tamen quia penitentia illicita est, atque contra pacti fidem, perfidiae notam incurrit ille ex contrahentibus, qui fidei datae, atque acceptae refractarius, penituerit violavit nomen ius gent, et pudorem humanum l. quintus 46 in fine princ. verso si pepercit pudori suo. mandati l. stichus 95 ff natalibus desolut. l. non amplius 88 ff de reg. iur. at vero si contractus non stat in terminis solius conventionis; sed in terminis contractus inchoati per impletum alte= rutrius, neuter potest penitere. In primis non ille qui inchoavit, quia adversus illum dabitur exceptio, at= que retentio l. si pene l. dedi l. et indeb. l. 7 in prin. et quod si nulla de pact. l. 2 et l. 14. de dispersat. Deinde non ille, qui accepit, quia ipse naturaliter et civi= liter obligatus est, quippe ex data inchoantis re= sultavit causa, et vestimentum ad pactum acci= pientis l. 7 § sed si causa. et infecti ideo de pact. l. § et singulis de praescriptis

Cessat iam non obstant. 80
textus

textus; quos Bald. et sequaces in contrariam sententiam ferunt qualis est tex. in d. l. vers. permutatio de rer. permutat., et tex. in l. 9 ex placitis C. eod. tit., ad quos non respondemus cum vera sententia Bartholi et Fortunii affirmantium comprobetur Ulp. in illo vers. illud esse constituere, scilicet differentiam inter nominatum contractum emptionis, qui stat in terminis solius conventionis; atque inter contractus innominatus permutationis, qui etiam stat in statu conventionis. Cum quidem incipit a conventione, inter quos contractus hanc differentiam statuit; quod pactum emptionis; etiam in statu solius conventionis naturalem et civilem obligationem gignit: naturalem quidem, quia conventio est; et respective civilem vero quia nominatus, et legitimus contractus est l. 6 et seq. de pact. l. 2 de rerum permutat. Caeterum permutatio obligationem civilem in statu conventionis solius non gignit: quia innominatus contractus est; proindeque uti Ulp. loquitur a re ipsa tradita in contractu permutationis desumit; antithesis ergo non Ulp. inter emptionem et permutationem non considerat circa obligationem naturalem; quae in pactis utriusque contractus versatur: in hac enim naturali obligatione aequalis est omnino emptio et venditio, et permutatio; quae incipit a conventione; sed immo antithesis circa civilem utriusque contractus obligationem versatur, in qua omnino inaequales sunt, quia obligatio civilis in contractu venditionis ex sola conventione initium capit in contractu autem permutationis initium obligationis civilis non sumit a conventione, sed a re tradita; et haec est perspicua ad illum tex. interpretatio, quam egregie illustrat Fortunius in cap. 1 extra de pact. nu. 2 et 33; Rursus non obstat tex. in d. l. 9 ex placitis; ibi enim nequaquam affirmatur ex puro pacto respectivo permutationis obligationem naturalem non nasci, sed immo affirmat idipsum, quod nos volumus scilicet ex puro pacto permutationis actionem nulli contrahentium ante implementum adquiri, quae sententia certissima

Certissima est, actionem civilis effectus est obligatus civilis, l. glicet 42 § ea obligatio de pecuni; l. tamen ex puro pacto permutatis nulla civilis obligatio ante implementum oriat; ideo recte in dic. l. 3 affirmat ex placito, idest, ex puro pacto permutatis nullas actis contrahentibus acquiri; Prius enim est ex pacto permutatis civilis obligatis oriri, quam actis decerni: cetera post implementis alterutrius actio inchoanti ibidem decernitur, qua ex inchoatione ipsa resultat causa, et vestimentum ad pactis accipientis q° per l. in l. 7 § 2 et 3 de pact. et § in l. 2 § permutatio de rerum permutat., et l. 8 verb. et l. 9 de praescript. verb.

29

Ad hec distinctio hec inter contractus respectivus incipientes a convent. et incipientes ab executione usque adeo vera est, ut contractus respectivi alioquin nominati, et legitimi, de quorum essentia est, ut a convent. et consensu inchoent, si a convent. non incipiant, sed ab executione omnino degenerent, itaut amisso nominati contractus privilegio in contractus innominatos respectivus evadant; quod a sumptio evident. probat in contractu emptionis et locationis, qui enim duo contractus in primis legitimi, et nominati sunt l. 6 et 7 de pact. Deinde ii duo contractus essentialiter a convent. et a pacto inchoari debent, quia sunt contractus non re, sed solo consensu constantes, uti patet ex allegatis iuribus proxime iuribus premittis § 1 inst. de obligat. ex consensu constantes. Quod cum ita sint, si tamen predicti contractus duo non a convent., et pacto, sed ab executione inchoent omnino degenerant, atque in contractus innominatos respectivos evadunt; si enim detracta convent. reciproca quis pecuniam det pre. l. detracta convent. pecuniam det pro facto locabili; nec in primo casu celebrat emptio, et venditio nominata, sed

in nominatis

Sed innominatus contractus do, ut des; nec in illando capie-
lebat contractus contractus nominatus locati; sed innominatus
contractus do, ut facias. Quae assumptio liquido probatur
authoritate, et contraria authoritas est textus in lege cum de condicti
causa dat, et lege si pecuniam in principio eodem titulo et etiam
textus in lege ex ducto cum quo locati. Nimirum in
primo textu tametsi pecunia data sit pro sticho, emptio
tamen et venditio non est, sed contractus innominatus do ut des
sicuti Celsus ibidem putat; ex quo ibidem Celsus infert, quod
mortuo sticho pecuniarum repetitio detur ex capite poe-
nitentiae; si ante moram mortuus est, ex capite causae non secutae,
si post moram mortuus est. In quo articulo enarratus est
a Mendoza, et Cuiac. cum sequacibus in lege de praescript.
verbis; quod ideo pecuniarum repetitionem Celsus decernere puta-
bant; quod stichus post moram promissoris mortuus est,
cum revera eadem repetitio a Celso decernitur modo ante
moram promissoris, modo post moram stichus moriatur, ea-
dumtaxat admissa differentia; quod ante moram mortuo sticho
pecuniae repeti non possunt ex capite causae non secutae, sed
solum ex capite poenitentiae; post moram vero mortuo sticho
pecunia repeti potest tam ex capite causae non secutae
quam poenitentiae argumento textus in lege in principio, et de condicti
causa data, §

Illud tamen utcumque apud interpretes se habeat,
in aperto est apud Celsum contractum illum de quo in dicta lege
agit non esse emptionem et venditionem. Enimvero tota illius
decisionis difficultas in eo consistit, ut comparatio reddatur,
cur ibi interveniente pecunia et merce emptio, et venditio
non sit; sed innominatus contractus do, ut des, quae admittat
repetitionem ex utroque capite scilicet causae non secutae, et poenitentiae,
et plane omissis glossis, et omisso Cuiac. 16 quaest.
Afri in lege fundus locati, et lib. quaest. Papiniani in lege
de praescriptis verbis, omisso etiam Donel. lib. comment.
capite 21. Forcatulo in geomantia capite Mendoza

lib. de pact cap. 2 avertendus est cum Fortunio in l. 7 de pact
fol. michi 20; ideo in illa specie emptio et venditio
celebrata non fuisse; quia contractus non incepit a convent.
reciproca dantis et accipientis; quod in contractu emptionis est
sentiale est l. 1 § ult. de contrahen. empt. l. 2 locati § Lin. inst.
de obligat. consensu obstant. Quinimo ab execut. et datione in-
cepit contractus ita non scribit Celsus. dedi tibi pecuniam, ut
michi Stichum dares; ecce incepit a dat. sive convent. recipro-
ca Stichi promissor pro pactus promiserit; sed a re Stichum
tamen ille qui pecuniam dedit pretium non promiserat, nec
pactus ex sua parte interposuerat, quo non est emptio et vendi-
tio; sed innominatus contractus, do ut des, in quo ut supra n.
27 dicebamus; prior pars formule datio, atque execu-
tio est; secunda vero pars formule pactus est. Ex qua
doctrina infert Fortunius ex l. laudatus pecuniam illam
apud Celsum nomine pretii numeratam non fuisse, sed po-
tius tamquam aliam quamlibet speciem numero, pon-
dere, et mensura constantem tradditam fuisse; ita ut magis
permutatio rei certe pro certa, quam pretii et mercis
commutatio fuerit, sicut etiam in specie text. in l. si pecu-
niam § de condict. causa dat. in qua pecunia illa erogata
non mercedis nomine, pro facto locabili data est, alioquin
esset contractus locati, qui penitentiam non admittit; sed vel tam-
quam quelibet species numero, pondere, mensura data est
ut accipiens Capuam iret, et ideo resultavit contractus do
ut facias, quo etiam sensu intelligendus est text. in
l. ex conductu § sit § locati, ubi pecuniam erogare
nichil aliud significat, quam quod pecunie prestatio
pro opera locabili omnem conventionem antevertit; ita ut ex
parte dantis nulla conventio intervenerit, que vere contrac-
tus locati faceret; quod cum non adverterent Cuiac.
Donel. et alii tam circa sic factum verbi erogare, quam
circa textus et decisionem valde torquent, nec enim doc-
trine obstat text. in l. § et sic quidem de prescriptis verbis ubi
sine

Sine ~~d~~ ~~gunt~~ event recipca emptio, et venditio cele-
brat. respondendus est non ex prio illius tt lex quom-
nes sequentes §§. et quasi tt dependentes illo tt fuisse
recipca eventus sicuti patet ex prio tt. ubi recipca
eventio int[er]cessit. ut ego manumittam filium tuum,
servus meus, et tu manumittas filius tuus, servus tuum,
figratio recipcs eventus in toillo tt ipse ad fines re-
ponit, ut patet expro et fine tt, quod si inter
pretes non advertant inexplicabiles incid-
unt laqueos, his iungere potestis tt
inhs et penult de prscript vbs
cis ~~go~~ finis imposuimus
huic tractatui anno Do-
mini millessimo sex
centesimo ~~sexagesimo~~
quinquagessimo =

Ad tit. de institoria actione academicus commentarius.

Per D. D. Ioannem de Herrera Conchensis collegi alumnum nunc autem Granatensis chancilleriae [illegible]

Institorum inventio: qui sint et unde dicti

Caput 1

Provida Romanorum politia ut equestres manus gladio destinatos a commercio amovendo, ne removerent a lucro negotiationis, quae tam natalitiis quam terrae fructibus parant quod notat noster Beticus Saavedra emblemate 52 qui opere in conservationem nobilitatis de quo post alios ut orat laudatus Barnabas Moreno de Vargas in discursibus de nobilitate hispana discursu institores invenit per quos non tantum in Roma et regionibus in quibus morabant, sed etiam foris, et transmarinas negotiationes exercebant leg. in fraudem 10. qui et a nostris hispaniae divinis fatores: sic ergo appellarant quod negotiis gerendis insitent Iuan. Othom. ad tit. cod. de exercit. et instit. act. in rub. leg. institor 3 ff. h. tit. seu quod mercaturam instent ut loquitur vetus Poeta Novius in fragmento ex fabula de Comitibus Pometinensibus vel Parmentinensibus ibi:

Instant mercaturam, spero, rem faciet, frugi est homo

Notat Scalig. in comment ad Cata lecta veterum Poetarum pag. 204 et de Didon. Virg. 4 Eneid. ver. 508 instans

que

operi regnis que futuris. Hec nominis notatio deducta ab instantia ut Plinianno utar verbo, hoc est asiduitate et continua intensione qua seduli mercatores lucro, et negotiationi solent insistere ut lusit eleganter Prudentius cathemerinon in hymno matutino versu 3) ibi:

Hec hora cunctis utilis,
Qua quisque, quod studet, gerat
Miles, togatus, navita,
Opifex arator institor
Illum forensis gloria
Hunc triste rapit classicum,
Mercator hinc, ac rusticus
Avara suspirant lucra

Hinc institoris vox pro cuiusvis mercis mangone et venditore, unde institor eloquentie apud Fabium lib. 11 cap. 1 et institrix ancila apud Plautum.
Institor ergo est, qui taberne loco ad emendum vendendumve preponit: quique sine loco ad eundem actum preponit leg. institor. 18 ff. h. tit. eadem inst. quod cum eo ibi: ideo autem institoria appellatur quia qui negotiationibus preponuntur institores vocantur. Greci [illegible] nuncupant, et glose veteres verborum iuris que in vasilicis eic ferunt prepositum taverne sive oficine: illustrant B. Brisonius lib. 6 de verb. sig. pag. 663 unde Cuj. lib. 28 ad edictum institoris appellationem exponens in leg. institor 3 ff. h. tit. taberne etiam nomen simul explicuit leg. taberne 183 leg. insti

fag

ff. 185 de verb. sig. sicut et Paulus in leg. 4 h. tit. et in leg. 184 de verb. sig. q. ex lib. 30 Pauli ad edictum notat Cuiac. ibi: inde in leg. 4: Tabernae enim nomine quodvis aedificium ad habitandum conficitur d. leg. tabernae 183, proprie tamen et stricte magis tabernae domus humiles sunt validioribus trabibus dictae, quae superiora suspendunt ut ait Donatus in adelphi: unde tabernariae secunda species togatarum ab humilitate personarum nomen sortitur ut ex diomede probat Iac. Eutherius de iure manium lib. 1 cap. 21; Crebrius tamen taberna pro domo hominibus et rebus ad negotiationem instructa accipitur d. leg. instructum 185 de verb. sig. unde taberna casearia in leg. sicut § Aristo 5 ff. si servit. vind. ferraria in leg. pen. § quis quis 3 de legat. 2 negotiatoria Brison. de verb. sig. verbo taberna.

Illud ex definitione d. leg. institor 18 h. tit. ~~colligit~~ inprimis colligitur, nempe: ut institor quis sit, non requiri ut tabernae, certove loco ad emendum vendendumve praeponatur, sed sufficere si negotiationi quaestuariae praepositus sit, quovis sine certo loco ut ex primis ind. leg. 3 h. tit. plerumque enim sunt advenae mercatores, qui cum deliciarum mercium ista provincias commeant, et ad hoc alios mercatores afferunt, et ibi vendunt leg. cum interdum 4 h. tit. leg. heres 19 § inde 2 ff. de iudiciis ibi:

nam

nam ubi sic venit ut gestum diceretur, quasi à viatore emptis velco qui transvehebat, vel eo qui per navigat emit. Et quem admodum competere aiebat rem publicam non esse in pariētibus, ita negotiatio non circumscribitur muris tabernae, ut ait Faber in d. leg. 4, nec enim mutat causam locus emendi, vendendique ut ibi ait Paulus, sed quo ad hoc, ut in contractu possit conveniri quis possit multum interest, mercator enim qui tabernam, aut perjulam venaliter exponendi mercibus conduxit et disposuit conveniri ibi potest quasi in iure domicilij: is vero qui in transitu vendit non item d. leg. ... rei 19 § proinde 2 ff. de iudic. Docent post alios scilicet in leg. unic. Cod. de nundinis Petrus Barb. de iudic. in d. § proinde n. 100 Stracha de mercat. tit. quomodo in ... mercat. n. 2 Cuiac. lib. 11 observ. cap. 13. Nec obstat huic distinctioni d. lex unic. Cod. de nundin. quae loquitur de privilegio imperatorum ne mercatores in nundinis ob contractum, vel debitum privatum antecedens molestiam patiantur, non vero de conventione ob contractum in ipsis nundinis celebratum Barbos. d. n. 100.

Unde exponendum est quod legimus in leg. cuicumque § sed etiam eos 4 ff. de inst. act. eos, qui vestiarij, vel linteariij dant vestem circumferendam et vendendam institores proprie vocari, et ideo eorum nomine institoriam competere, ideo scilicet, quod quasi sine taberna negotiationi praeponuntur: nec enim mutat causam actionis locus emendi,

Ven

vendendive cum utroque modo verum sit institorem emisse, aut vendisse d. leg. 4 d. Bamos ad Pragmaticam taxationem n.) quia potius apud puriores linguae scriptores vestium, et aliarum rerum venditores, qui eas peregre advectas circumferunt nec in taberna venum exponunt institores vocare solent Ovid. lib. 1 de arte amandi ibi: versu 422

Institor ad dominam veniet discinctus emacem:
Expediet merces, teque sedente suas.

Horat. lib. 3 carmin. ode 6.

Sed iussa coram non sine conscio.
surgit marito, seu vocat institor,
seu navis hispanae Magister
dedecorum pretiosus emptor.

et Propertius lib. 4 eleg. 2

Suppetat hoc, pisces calamo praedabor: et ibo
Mundus demissis institor in tunicis.

Rectissime itaque generaliter negotiatores nomine institores vocant, nempe ut institorizatio locum habere possit, cuius usum dilatari publice expedit ut ait Antonius Fab. ind. § etiam eos quosque proprie magis et specialiter dicantur circuitores, qui vestes circumferunt; quemadmodum circitores in re militari, qui vigilias circuibant, et si qua culpa emerserat, renuntiabant. Vegetius lib. 3 de re milit.

Cap.

Cap. 8 n. ... 161.

Deinde ex hac definitione evincit quod post Accursium in leg. liberto 31 de negot. gest. et in leg. Iulianus 13 § si procurator 25 de act. e. et alios, docet Iaso in leg. si institorem 29 de reb. cred. Alexand. Cons. 44 n. 4 lib. 1 Wesenbech. in paratit. h. tit. n. 1 et 5. Ant. Richar. in § eadem nu. 17 inst. quod cum eo. Nempe institorem proprie dici, qui universali quaestuariae negotiationi praeponitur: et coent., eum qui, vel certo generi negotiationis, vel certae tabernae praeponitur, institorem minus proprie vocari. Utrumque, quod infertur falsum est, et antiquioribus inexpressum, sed a Neotericis Wesenbechio et Richardo ... positum ut cognoscit ex mente Bartoli et aliorum Doctorum in d. leg. si institorem 29 Bart. enim Jctus. n. lib. 1; et caeteri solum negant, eum qui ad unum actum praeponitur institorem esse: ... tamen si certo generi negotiationis praeponatur. Tuscus practic. lit. I Conc. 224 quis enim inficiabit eum, qui certo loco, nempe tabernae praeponitur, ut ibi quaestuarias negotiationes exerceat, institorem proprie esse d. leg. institor 3 cum sequent. leg. habebat. 13 § fin. leg. cui cum quae 5 § sed etsi cum seqq. leg. institor 18 leg. in eum 19 § tabernae ff. h. tit. leg. tabernae 13 leg. si ita 15 ff. de instru. vel instru. leg. si servus 20 de usu et habit. leg. possit 91 § pater de legat. 3 leg. 1 Cod. de instit. vel exerc. act. ubi verbum officio intelligit tabernae Cuiac. in recit. Cod. § eadem inst. quod cum eo. Aut quod certius quam institorem etiam esse, qui certo mercis, vel nego-

tia

tiabonis quasi mariq. generi p̃ponit. d. leg. 3 ibi: nec mul-
tum facit (idē nihil refert, ut explicat Gothofr. ibi) taber-
næ sit p̃positus, an cuilibet alij negotiationi: et in d. leg. cui-
cumque § Cuicumque igitur negotio p̃positus sit, institor
recte appellabit leg. 1 D. caupones § nautæ caupones
dict. leg. fodij 71 § fator et apud Iuven. Satir. 7.

Institor hybernæ tegetis, niveique cadurci.

Seneca lib. 6 de benefic. cap. 38 ibi: Institores delicatarum
mercium iuventus corrupta locupletat.

Obstat text. in leg. si cum villico 16 ff. h. tit. ubi
dicit ex d̃ctu cum villico n̄ dari in dominum institoriam,
nisi distrahendis quoque mercibus p̃positus sit, quo casu
ad exemplum institoriæ agit, hoc ē, utili n̄ directa acti-
one institoria: ergo qui venditioni mercium p̃ponit n̄ ā ppr-
iē institor. Respondet idcirco ex villici ̃tractu ins-
titoriam n̄ dari, qr villicus n̄ p̃ponit ob quæstum qui ex ne-
gotiatione pcipi solet leg. cotri 7 cum duab. sequent. ff. quod
leg. venditor 21 ff. de hered. vel act. vend. sed p̃pter
fructus pcipiendos p̃ponit ut ratiosinat Paulus in d.
leg. si cum villico 16 et ita villicum ā negotiatore distin-
guit Ausonius Epist. 22 ibi

Hic sæpe falsus messibus vegrandibus,
Nomen peroswis villici,
Semente sera, sive multum præcoqua,
Et siderali inscitia,
Cælum lacessens, seque culpæ subtrahens,

Reos

Reos peragit calites,
Non cultor instans, non arator gnarurus,
Promus quam, quam condus, magis,
Terram infidelem, nec feracem criminans
Negotiari maluit.
Mercatur rem quoquo foro venalium.
Mutuatur ad grecam fidem.

Etenim villicus, qui universo rustico operi proponitur et vt ait D. Hieronimus epist. ad Aglaciam villæ gubernationi leg. in instrumento 8 ff. de instruct. vel inst. legat. leg. filio 31 de adim. legat. elegant. Sidonius lib. 4 epist. 11. habens in eo procuratorem in negotijs, villicum in prædijs, tabularium in tributis. Vnde villicorum appellatio ad præfectos quoslibet transfert, vt apud Iuvenalem satyra 4. ibi:

Pegasus attonitæ positus modo villicus vrbi,
An ne aliud tunc præfecti.

Et in epigrammate quod in Priapeis legitur et Tibullo adscribitur:

Villicus ærari quondam, nunc cultor agelli.

Notat Cuiac. lib. 10. observ. cap. 37 Iosephus Scaliger in catalecta veterum poetarum pag. 205. Duarenus in paraphrasi ad hunc tit. cap. 1 et ex eo Fab. ind. leg. sicum villico 16. vbi et Cuiac. lib. 29 Pauli ad edictum hæc sic explicant: illud non item; quare cum et mercibus distrahendis villicus proponitur institoria directa non competet. Dicendum tamen est omisso Castrensi, et Alberico ibi; qui ista non sipiunt,

inter

interdum villicum, non tantum operi, sed etiam rationibus rusticis praeponi concessa facultate, ut aliquos fructus vendat d. leg. filio 31 de adim. legat. leg. urbana familia 166. de V. sig., quo sensu villici distinguunt a colonis in leg. seie 20. § praediam ff. de instruct. vel inst. leg. et apud Marcialem lib. 2 epigra. 11

Nil colonus, villicusque decoxit.
Meroris igitur causa quod domi cenat.

Quia quamvis villicus colonus sit, tamen magis proprie coloni vocant, qui non fide dominica, sed mercede ut extranei colonifundum colunt leg. quaesitum 12 § quaerit 3 leg. cum de laniomis 18 § cum de villico 4 leg. seie 20 § verbo 1 ff. de instr. vel instit. leg. de quorum expositione et oppositione videndi Conan. lib. 2 ment cap. 10. Cuiac. lib. 26 obser. cap. 28. Petrus. Greg. lib. 28 synt cap. 23 n. 11: solet itaque villicus rationibus rusticis praeponi, et ibi intentus, siue ut Cuiac ait coemendis, vendendisque frugibus Paulus lib. 2 sent. tit. 8 § si quis: quod cum fit quaestuariam negotiationem ab eo exerceri dubium non est: nec tamen institoria directa datur, quoniam hoc mandatum distrahendorum fructuum accessio quaedam est prioris praepositionis, et consequentia villicationis arguo leg. sed et ipsi 4 infra ff. nautae caupon. de quo D. Amaya lib. 3 obser. cap. 1 § 2 n. 34 leg. 2 ff. de rivis; et cum in eandem personam villici, et institoris officia concurrant, eius officio cedit, in quo principaliter versatur leg. legatis 65 § si nullus de legatis 3 exornat Stracha de mercat. 1. parte n. 49 et

ubi sic accipiendum in leg. ... co 40. § item quaero ff. de servis urb...

sequ

sequ.; ac proinde potius utilius, quod institor censet, et ideo utilis duntaxat institoria contra dominum dat, ut alijs plerisque casibus A. Fab. in d. leg. 16 Donel. ad tit. Cod. de exercitoria actione n. 16 Cuiac. lib. 2 resp. Papi. in leg. liberto 31 de negot. gestis.

Unde explicanda est lex cuicumque 5 § labeo 2 ff. h. tit. ubi docemur eum, qui pecunijs fenerandis, agris colendis, mercaturis, redempturisque faciendis praepositus sit, in solidum obligare praeponentem, cum tamen colere agrum utilis sit, non institoria. Fulgosius in leg. 3 h. tit. ait: haec coniunctim esse accipienda, ut cum quis mercaturae simul, et alijs omnibus negotijs generaliter sit praepositus, et institor proprie sit, et directa institoria competat, quamvis inter cetera etiam agrum colat. Alit Bart. in d. leg. § qui de alienis agris quaestus causa cultis intelligit eo casu, quo per agriculturam frugum etiam distractio velut in consequentiam permissa est; tunc enim utili institoria dominus tenebit in solidum quemadmodum cum pecunijs fenerandis servum praeposuit leg. in eum 19 ff. h. tit. idque consequens est ei quod ex Servio Ulpi. docuerat in § nam et Servius antecedenti, teneri dominum in solidum si quid gestum sit cum eo, quem aedificio praeposuerat, vel cum insulario, cui scilicet insulae custodia committit, insula idem est ut Festus definit ac domus non communibus parietibus cum vicinis coniuncta, sed circuitu publico,

aut

aut privato cincta; de insulario sunt Txs in leg. si ita 16 § 1 ff. de usu et hab. leg. ult. ff. de offic. Praefe. vigil. leg. urbana 166. leg. in lege 203. de V. S. Petronius in cap. 55 satyric. ibi: interim et copctores, insularij que mulcant exclusas Joseph. Scalig. in catalecta veter. poetar. pag. 188 quis insularius pro deportato in insulam accipiat ipperam Alexan. ab Alexan. lib. 3 dier. genial. cap. 25 in fin. cum his enim insularijs si quid ad causam propositionis pertinens contractum sit, velut ad refectionem insulae: vel si eis locatio insulae per partes commissa sit, ut inde quaestum facerent, et eo nomine contraxerint, conveniri in solidum domini poterunt, non tamen directa, sed utili institoria actione, quemadmodum villicus, quia proprie institores non sunt, et utilis datur, quia aliqualis negotiatio negotio illis commisso admiscetur. Ant. Fab. in ration. ind. leg. 5.

Ex superioribus etiam pendet quod proditum est in d. leg. cuicumque 5 § sed et muliones 5 ff. h. tit. muliones scilicet institores proprie esse, quod valde notandum est; sunt enim muliones, qui mulis agendis operam suam adhibent leg. 1 § itaque 4. ff. si quadrupes pauper. leg. idem 8 § 1. leg. si ex plagijs 52 § in clivo 2 ff. ad legem Aquiliam leg. cum plures 60 § servum ff. locati et conducti leg. servis urbanis § Muliones ff. de legat. 3 eorumque officium Virgil. Epigram. in Ventidium Bas. post multa stipendia Praetor, et et inter catalecta Virgilij extat

Sabino

Sabino pag. 83: nulla igitur ratio est ob quam muliones negotiatores dicantur, ut proprie institores sint. Sed respondetur muliones licet mulis agendis praeponantur, etiam negotiatores esse, et proprie institores, si praeter mulorum curam etiam merces committantur ut ex alia provincia in aliam transportent, et ibi vendant, et ex redacto aliarum mercium pretio alias emant, quod usitatissimum est exemp. grat. cum oleum ex Baetica in Cantabriam transportat, et ex hac in illam ferrum transvehit, quae propria negotiatio est quaestuaria ut equorum locatio per Bart. in leg. legatis 65 de legat. 3 Straca de mercat. 1 parte n. 38.

Sed obstat textus in d. leg. cum in plures 60. § servum 7 ff. locati. ubi docemur dominum mulionis servi alicui locati teneri de peculio conductori si culpa servi mulus perierit, si servus se locavit tantum dominum teneri de dolo proprio vel culpa. Sic arguor; mulio institor est d. leg. 5 § sed et muliones 5: ex dolo vel culpa institoris dominus in solidum directa institoria tenetur d. leg. 5. § sed et cum [illegible] h. tit. ergo non de peculio, nec tantum de dolo proprio, sed institoria in solidum debet dominus teneri. Cui bus respondetur in hoc textu mulionem institorem non esse, sed servum ministerio in agendis mulis dominum usum sine aliqua quaestuaria negotiatione, unde institoria locum non habet, sed ob culpam servi, qui se locavit de peculio dominum obligari quasi negotiatus esset in peculio operas

loca

locando: qd si dominus eum locavit, tantum de dolo et culpa propria
debet teneri ex natura locationis leg. contractus 23 de reg. iur. sed
si conductori hoc dominus requireret, cui electio pro iure mulionis
indoctrinate eet relicta, et electionis culpam dominus prestabit, et
ex locato tenebit ut ind. § sed et cum fullo lo. infin.

Idem asserit Iasultus in § item fullonum 6 eadem leg. 5. de
propositis a fullonibus, et sarsinatoribus, qui et stabularij loco
institorum hendi sunt, neque propterea ut institoria ex eorum contractu proponens
teneat, quo opifices oes, cum et operam suam pretio locent, et simul
merces opificio necesarias emant, vendantque, quodadmodo
institores sunt, et de propositis caupone aut stabulo expeditum
est, cum eorum munus sit obsonia vendere viatoribus argumento
leg. 1 § caupones 5. ff. nautae caupon. Sed obstat qd legato
instrumento taberne cauponie institores non continent leg.
taberne 13. ff. de instruct. vel instr. legat. igit propositi stabulo
aut taberne institores dici non posunt, deinde obstat qd obso-
natores, qui obsonijs emendis, vendendisque ut caupones
proponunt appellatione negotiatorum non continent leg. legatis
65 de legat. 3 quo propositi stabulo, aut caupone non habe-
bunt loco institorum ex eo qd obsonia vendunt. Quibus
rest qd ind. leg. 13 contra proponit quod aliud continet, nam si ta-
berne cauponie instrumentum legat, institores non continent,
quod non sunt instrumenta taberne, ut dolia, vasa et. hoc

autem

aute; qui taberna exercent loci, ide tabernę instrumenta dici ñ debent argũo leg. cũ de lanionis 18 § 1 ff. de instr. vel instr. legat. et ideo in legato ñ ɔtinent, nisi nominatim legent leg. pdijs 92 ff. de legat. 3 leg. tabernę ɔde instruc. vel instr. legat. ibi: et institoribus quos secũ habere consueberat Cujac. lib. 7 resp. Papin. at si cauponę instrumentũ leget. cũ caupona negotiatio sit, cui pponunt institores, in legato ɔtinent tanqz instrumenta negotiationi q. leg. tabernę 13 leg. si ita 15 ff. de instr. legat. Nec obstat obsonatores negotiatores ñ ee, cũ ij sint omiso Acurcio servi, quos dominus obsonijs ad eius familię vsũ emendis ppo-nit vulgo despenseros vt pbat ex multis Brisonius de V. S. verbo obsonator Straca de mercator. t. pte. n. 4. Beroaldus annotationũ cap. 103 Marcial. lib. 14 epigram. 217 de obsonatore.

Dic quoties es, quanti cupias cęnare, nec unum
Addideris verbum: cęna parata tibi est.

Hos itaque negotiatores ñ ee rectissime ait d. leg. 65, nec enim qui ad vsũ suũ aliqd emunt negotiant, qqvis postea mutato consilio vendant leg. universi 5 cod. de vectigal. leg. cętera 42 § vlt. de legat. 1 leg. 1 § unde quęrit de exersit. action.

Hic notandũ ẽ diversa nomina sortiri hos hoẽs, sive servos, sive liberos, p quos solent negotia exerceri, vt insti-

tori

toris, quem iam n. 2 definitimus, exercitoris, procuratoris, rerum actoris, dispensatoris, actoris, et ratiocinatoris, inter quos magna solet differentia versari, quod notandum est, ne similitudo nostri tractatus pria caligine afficiat. Et primo inter exercitorem et institorem ea est differentia, exercitor enim est, ad quem obventiones et redditus navis derivantur, sive is dominus navis sit, sive a domino navem per aversionem, hoc est, recepto inde de lucro, et damno conduxerit vel ad tempus vel in perpetuum. leg. 1. § exercitorem 15. ff. de exercit. act. sive ad quem quotidianus quaestus navis pertinet § eadem 2 inst. quod cum eo: sive per se navem exerceat leg. si tamen 4 ff. de exercit. act., sive per alium ab eo propositum maritimae negotiationi, qui Magister appellatur. leg. 1. ff. de exercit.) quod femina negotiationi et praeponi, et praeponere valet ut seq. cap. dicemus, et utroque casu institoria locum est leg. sed et si quis 7. § 1. leg. nam et plerique 8. ff. h. tit. at navis exercitioni praeponere potest magistrum, et exercitoria hinc tenebitur leg. 1 § parvi autem 16 ff. de exerc. act. leg. et si a muliere 4 cod. de inst. et exerc. act.; ipsa autem mulier praeponi, ut magisterio fungatur, non potest; quia cum magistrum navi praeponit, et per eum exercet, nihil contra sexus verecundiam facit: cum autem ipsa praeponeretur, et navigantium se negotiis misceret, et pudicitiam violaret sexui congruentem, et utilitatem publicam. quia potest iure ab hoc munere arcetur arguo leg. 1 in principio et § licet autem 20 ff.

ff. de exercit. leg. 2 ff. de reg. iur. idemque in impuberibus recte sentiet Fab. indic. leg. 7 § 1. ut quod scrip. tum est in d. leg. 1 § cuius 4 ff. de exerc. nihil referre cuius etatis magister sit, intelligatur de minoribus 25 annis puberibus tamen, et ideo Vulteius Consultus (ut observat D. Ramos cap. 1 ad h. tit. n. 38) in leg. sed et si quis 7 § 1 ait: si mulier preposuit, competere institoriam exemplo exercitorie actionis: si autem mulier preposita sit teneri etiam ipsam, nec exemplum exercitorie, quo in muliere preponente usus fuerat, in preposita refert, aut repetit; scilicet quia mulier negotiationi preponi potest, et solet, et institoria competit: navi autem nec solet, nec potest, et consequenter exercitorie locus non est.

Deinde differt institor ab exercitore in eo, quod dominus ex contractu institoris ab institore suo preposito non tenetur; preposuerat enim eum dominus ut negotiaretur, non ut alium preponeret, quod si fecit legem prepositionis egressus est et ideo dominum non obligat d. leg. 5 § non tamen leg. sed si pupillus 11 § conditio ff. h. tit. E contrario exercitor ex contractu eius, quem magister ab eo prepositus sibi substituit, sive eo sciente, sive ignorante tenetur exercitoria: et quod magis est etiam si nominatim prohibuisset alium preponere leg. 1 § magistrum 5 ff. de exerc. act., quod facilius admittitur in magistro, quam in institore propter utilitatem quia quamvis utraque actio publice utilitatis causam agat, institoria comertij terrestris leg. si quis 17 § si impubes ff.

hoc

hoc tit., et exercitoria maritimi; maior tamen utilitas est, et necessitas in exercitoria leg. 1 ff. de exerc. exornant hanc differentiam agnoscentes Castr. n. 6 Faber. ind. § magistrum Vuier. ad tit. ff. de exerc. cap. 2 in princ. Cuiac. in recit. cod. h. tit.; quamvis idem in institore hoc casu seruandum apperiam dicendum Accurs. ind. § magistrum Cui non facit d. lex. § § item parui 3 ff. de trib. act. illa enim exequatio quasi cum seruo, vel cum institore eius pertinet ad actionem tributoriam; ut postea dicemus.

Differt etiam si seruus vel filius familias, qui in peculiaribus mercibus negotiatur ab exercitore in eo, quod si filius familias, vel seruus nauem exerceat voluntate patris, vel domini ei magistrum praeponere possunt, et ex facto magistri dominus paterue in solidum actione exercitoria tenetur leg. 1. § si is qui nauem 19 cum seq. § quamquam 23 ff. de exerc. tenetur quoque de recepto siquid filius vel seruus receperint leg. 3. § si filius familias ff. nautae caup. Paul. lib. 2 sent. tit. 6. quam tamen actio de recepto datur etiam si seruus voluntate domini cauponam; vel stabulum exerceat leg. ult. § ult. ff. nautae caup.; at in eo, qui in peculiaribus mercibus negotiatur, aliter obseruandum; nam si seruus aut filius in merci peculiari negotientur, quamvis voluntate patris, vel domini hi in solidum non tenentur, sed duntaxat in tributum vocantur

dict.

dict. leg. 1 § licet. 20 distinctionis ex eo provenit, quod navium exercitio ad summam rempublicam pertinet, ut legendum esse in d. § licet docet. Cuiac. lib. 12 obser. cap. 32 et demonstrant pandectae Florentinae et textus in leg. municipes 14 ibi: quibus summa respublica committitur ff. ad municipalem. A. Gellius lib. 18 noct. attic. cap. 4. Populus Lacedemonias de summa republica sua deliberabat Cicero lib. 2 de invent. Senatum consuluit de summa republica Suetonius in Iulio cap. 28 Marcus Claudius Marcellus consul edicto praefatus de summa se republica acturum; eamque solemnem consulendi ~~Senatus~~ Senatus formulam fuisse probat Briss. lib. 2 de form. pag. mihi 184 vers. de republica; publica itaque utilitas quae in exercitione navium versatur ut agnoscit Arist. lib. 7 polit. cap. 6, facit ut pater, vel dominus quorum voluntate filius, aut servus navem exercuit in solidum teneantur, ac institorum, quidem est in d. § si qui navem, hoc est, non eadem publica utilitas, et ideo tributoria duntaxat dominus tenetur, cuius voluntate servus peculiari merce negotiatus.

Nec in hoc casu ex voluntate patris actio quod iussu contra eum nascitur contra regulam leg. 1 ff. quod iussu, quoniam haec actio non competit, nisi quando pater specialiter iussit cum aliquo contrahi Barb. in leg. post. dotem 40 n. 21 ff.

solu.

solut. matr. vel cum iusit certum contractum iniri pomi, ut vult Bart. castren. et Alber. in d. § si is qui navem Duar. ad tit. ff. de exerc. cap. 2, quamvis dissentiat Alexand in d. leg. 4 solut. matr. nu. 11 Fulgos. in d. § si is qui navem ubi proprie cetera explicant. Castr. et A. Faber Duar. ubi Cuiac. in recitat. Cod. h. tit. illud nisi item, cur institoria non teneat is, cuius volunt. pat. servus negotiatus est, cum sola voluntas tacita, seu patientia institorem producere soleat leg. ult. ff. quod cum eo leg. ult. Cod. h. tit. sed respondendum est impropriè ut Acurc. et alii agnoscunt institores servos vocari in d. § licet, tunc quia nulla solemnis praepositio praecesserat, sine qua sola domini patientia non facit institorem d. leg. ult. quod cum eo: tum quia meris peculiaris erat, in qua voluntas domini facit ut tributoria teneat, non institoria, quia in merce dominica dominii dat Barbos. in d. leg. post dotem 40 n. 2 leg. sed si pupillus 11 § si institoria ff. h. tit. leg. d. § init. dum vers. quamquam de S. C. Macedon. leg. ult. Cod. h. tit. ubi directa institoria non datur, sed utilis, quia anius dictus negotio praepositus servus fuit non negotiationi leg. 3 ff. h. tit quamvis aliter Barb. d. n. 21 ubi recte advertit, quod in d. § licet requiritur quod supponat servum navem exercuisse ex causa peculiari, sicut et mercem: alioqui termini pares non erunt. Haec ita nisi quis malit cum Fulgos.

in

in d. § si is qui naves et in leg. 1. n. 2 ff. de trib. act. ideò acti-
onem quod iussu videri dari eum, cuius servus, vel filius negotiat
eo volente, quia non agit de facto ipsius servi aut filij, sed de
gestis institoris, quem filius servus vel praeposuit: ad quem casum
iussus non extendit, quamvis quoad hoc ut tributoria dominus
paterve teneat nihil intersit cum ipso servo contrahi, an
cum institore eius sit. textus sic accipiendus in d. leg. 5
§ item parvi 3. ff. de trib. ubi tentat etiam Fulgos. nec in-
stitoria, nec quod iussu agi posse in d. §. si is qui naves, quia
merx peculiaris erat, in qua sola tributoria competit d.
leg. sed et si pupillus 11 §. si institoria.

Hec de exercitore, at procurator est qui aliena nego-
tia domini mandato administrat, sive in iudicio, sive
extra iudicium leg. 1. ff. de procurat. inter quem et institorem
ea est potissima differentia, quod institor negotiationi praesse quaestu-
ariae praeponitur, taliter ut si negotio non quaestuario praeponat
proprie institor non sit: at procurator quaestum non desiderat,
sed sufficit mandatum sic Carolus Sigonius disquisit de
antiquo iure civili Romanorum lib. 2 cap. 10 in fin: ne-
gotiatio quaestuaria est ex qua ultro, citroque obligatio
nascitur, ut in emptione, venditione, locatione, conducti-
one etc. leg. legatis 65 ff. de legat. 3 Bart. ibi n. 2 Bor-
nel. ad h. tit. n. 14 Stracca de mercat. 1 pte. n. 46.

Neg

Negotiorum gestorem, qui alterius ignorantis negotium gerendum absque mandato suscipit leg. 3 § int. dum ff. de negot. gest. et differt clare ab institore et procuratore, cum in his mandatum desideret § igit. 1 inst. de oblig. quae quasi ex contr. nascun.

Dispensatorem, qui familiae rationes dispensat, sive servus, qui peculii administrationem habet, de quo textu in leg. dispensatori 51 leg. dispensatorem 62 ff. de solut. Quintilian. declamat. 353 et declamat. 345 ait satis sit vobis ô divites, hoc, vestras dispensare fortunas, quod per dispensatores feneratis, quia per dispensatores foeneri dare pecunias solebant de quo postea cap. 4 agemus. Actor accipit pro dispensatore, qui pecuniis exigendis praeponit leg. pure 5 § actoris 3 ff. de doli mal. et met. exep. vel generaliter pro servo dispensatore leg. Sticho 40 § servus 3 ff. de statulib. ad quod ministerium cum potest servum eligeret, pro optimo servo actorem Ulp. accepit in leg. legato 37 ff. de legat. 1. Denique ratiocinator, sive calculator, quod idem est, erat ille qui rationibus conficiendis adhibebat, vulgo Contador de quo in leg. ut iurisiurandi 7 § dabit 5 ff. de oper. libert. (de quo praeceptor meus cap. 3 de donat. n. 15) hi tabularii quoque vocant leg. 1 § ludi 6 ff. de extraordin. cognit. leg. 7 in fin.

ff. si

ff. si mensor falsum modum dixerit leg. generali 3 Cod. de tabular. et scrib. de qua P. Barb. in leg. 8 § si vir n. 51. ff. solut. matri.; q. hi ratiocinatores nullatenus ut institoribus possunt haberi; cum eorum ministerijs non sit aliqua negotiatio sed tantum opera ministrare, vel gratuito vel locata pro rationibus conficiendis.

Similitudo etiam aliquarum actionum cum institoria, cum magna sit, debet etiam dissimilitudo notari, ut recti ius que ad nostrum tractatum spectant percipiant. De differentia int. institoriam, et exercitoriam aliqua tradidimus supra; precipuam etiam tributorie differentiam ex iam exposita leg. 1 § licet 20 ff. de exerc. percipere possumus et ex d. leg. sed si pupillus 11 § si institoria 7 ff. h. tit. ubi quod institoria tantum datur quando contractum est in merce dominica: at quando contractum est in merce peculiari tributoria habet locum, quia semper datur illi, cui actio de peculio competit, et differentia modum huius actionis in eo consistit, quod non deducatur quod domino debetur, quia merx peculiaris ad tributoriam intelligitur, etiam si nihil sit in peculio, dummodo sciat dominus servum contraxisse, cuius scientia sufficit, ut in tributum vocetur leg. 1 et § peculiarem 2 ff. de trib. Unde differt ab actione de peculio in eo quod in hac nec scientia requiritur, si conversum sit peculium, quia conversio in peculio sufficit. in tributoria scientia, vel patientia in exercitoria voluntas leg. si servus 6 de exerc. act. in d. institoria proposito d. § licet 20. Denique notandum est edictum de peculio

nisi

triplex ē, et ex qua libet p̄te actio differens oritur; Generalis de peculio, spetialis de in rem verso, et spetialior qd iussu Faber in ration. ad leg. 1 § 1 de pecul. Ex his convenit qd dicit in d. § si institoria 7 si institoria recte actum sit tributoriam locum n̄ habere; quia institoria in solidum dat ex contractu institoris in merce dominica, et tributoria in tributum ex contractu in merce peculiari; et cum merx si peculiaris sit, desijsset ē dominica, nec actiones hę concurrere possunt. Nec obstat qd in d. § licet 2o cum consultum agit de vero institore dicat posse in tributum vocari; nam agit de improprio institore siue de eo, qui n̄ fuit institor dominicę mercis ut dicit in d. § 7. Denique differunt hę actiones, quia exercitoria, et qd iussu in solidum dant: actio de peculio, quatenus in peculio ē deducto debito dominico; tributoria ratione mercis peculiaris in qua negotiatum ē, n̄ deducto qd domino debet quia dominus concurrit in tributum cum cęteris creditoribus: et actio de in rem verso dat quatenus in rem domini versum ē, siue res familiaris domini commodum percipit.

Caput 2.

Qui institores preponere valeant, qui que preponi?

Institores quilibet preponere valet tutor, curator,

Procurator, Femina, Pupilus tutore auctore, Pubes minor viginti quinque annis degg, sigillatim discernemus: et inprimis tutor, curator et procurator institorem proponere valent ex cuius contractu adversus dominum, vel pupillum dabitur institoria actio velutisi ab eo fuisset propositus leg. cuicumque § sed et si procurator ff. h. tit. nec plus hoc habet difficultatis respectu procuratoris, quam aliorum, quia quando procuratore fit dominus ipse fecisse videtur leg. ita autem § quod si quis de auth. tut. leg. si quis 7 § ult. de iurisd. leg. 1 § ult. quod iussu leg. 1 § ult. de oper. novi nunt. Et si procurator generalis sit sive omnium rerum etiam ille tenebitur ex contractu institoris a se propositi leg. sed et in ipsum 6 ff. h. tit. quia procurator omnium rerum quasi dominus est, et alieni iuris vicarius ait ex Tullio pro Caecina docet Cuiac. lib. 30 Pauli ad edictum in leg. 4 h. tit. idem quod erit si propositus institor sit et dominus ratum habuerit leg. sed et si quis 7 ff. h. tit quia ratihabitio mandato equiparatur leg. ult. Ad S.C. Maced. Nec dificile est pupillum teneri ex contractu institoris propositi a tutore quem non elegit, sed in eum incidit leg. ult. ff. rem pupil. salv.; nam tutor per se omnia potest expedire, et pupilus cum tutoris auctoritate ex potioribus factis pro solvabilissimis, ut adhibit hereditatis aliene leg. potuit § cod. de iur. delibor. Fab. in ration. D. leg. § § fin.

Femina etiam proponere institorem potest et ex contractu

pp

p̄posit̄ tenebit institoria leg. sed et si quis 7 § 1 ff. h. tit.
exemplo exercitoriæ actionis, quæ ɔpetit adversus mulierem
navi magistrum p̄ponentem leg. 1 § parui 16 ff. de exercit.
qd è ɔ.ª in exercitoria observari ad simili hedinum in-
stitoriæ docent imperatores in leg. et si à muliere 4
Cod. h. tit. nimirum quoniam eadem in hac parte utrius-
que actionis æquitas, et rão ē § eadem inst. qd cum eo notat
Fab. in d. leg. 7 § 1 h. tit. et in d. leg. 1 § 16: nec ad rem
p̄tinet qd ex persona alterius obligari mulier videt'
ac p̄inde velleiano locum ē leg. 2 cum aliis ff. ad S. C. Velleia.
nam mulier p̄ponendo rem suam potius gerit, qz alienam,
et in rem suam obligat, in quo casu velleianum n̄ hēt locum
argum. leg. si mulieri 22 ff. ad S. C. Velle. docet Acurs.
in d. leg. 4 Cod. h. tit. Duar. de inst. cap. 2 Cuiac. in
ɔment. ad h. tit. Cod. in p̄rio; nec alienam obligationem
suscipit, sed suo nomine tenet'; quoniam ɔ.ª ex illa ipsa
videt' cum suum eius ɔ.ª hat leg. si institorem 29 ff. de reb.
cred. leg. ult. ff. qd iussu leg. heres 17 § apud Labeonem 3
ff. de iudic. Synopsis Basilic. lib. 53 cap. 39 ubi Carolus
Labeus pagin. mihi 172.

Pupillus v.º institorem p̄ponere n̄ p̄t sine tutoris
autoritate leg. verū 9 ff. h. tit. idem quæ in exercitoria iuris ē

leg.

leg. 1 § parvi refert 16 ff. de exerc. iuncta leg. obligari 9 ff. de autor. tut. leg. 2 ff. quod iussu, nisi locupletior factus sit, et eatenus institoria dabitur leg. eatenus 10 ff. h. tit. Vichar. in § in eadem inst. quod cum eo n. 29: unde cum est d. cum pupillo possideri ex edicto bona eius a Creditoribus possint si non defendat, non tamen vendi usque ad pubertatem leg. 3 § 1 leg. fulcinius 7 § adeo 10 et sequentib. leg. si pupillus 10 ff. quibus ex caus. in possess. notat Cuiac. lib. 20 observ. cap. 31 Donel. lib. 23 comment. cap. 11 et cap. 13: eleganter Ulp. ait in d. leg. 3 § 1 d. cum pupillo videri si cum servo eius d. habet, ita ut de peculio agi possit vel de in rem verso, vel quod iussu, vel institoria: quarum posteriora actionum exempla sic explanda esse ut cum tutoris autoritate pupillum iussisse aut praeposuisse supponat institorem, aut ex actu institoris locupletiorem esse; alioqui cum eo nec institoria, nec quod iussu agi potest docet d. Dama

Sed ad dandam actionem de peculio, hoc non sufficit, cum nec tutoris autoritate possit pupillus peculium servo concedere leg. 3 § pedius ff. de peculio quare ad actionem de peculio dicendum servum peculiatum fuisse a Patre, cui conservare peculium filius potest ad hoc si de novo constituere non possit. d. Larrat. 1 select. cap. 2 n. 6. Sed rursus quaero quare peculium concedere non potest, nec tutoris autoritate, et institorem praeponere potest? Hoc difficilius est, sed nunc respondemus plus in concedendo peculio facere pupillum quam in praeponendo institore, cum peculium

Con

Concessio species alienationis sit: Distituit enim servi nomine patrimonium ut Theophilus ait in tit. inst. quod cum eo, sive quasi patrimonium ut ait Iustinian. in § actiones autem 10 inst. de actio. deque et huius qualitatis effectu D. Larrea allegat. 8. cap. 12 n. 10. qua ergo Redriviuum pupillo denegare peculij concessionem adhuc si praepositio in litteris concederet. Sed iterum instabis, si omnimoda alienatio tutoris autoritate permittit leg. obligari ... ff. de autor. tut. § 2 inst. quibus alien. licet quare hec alienatio quam Ius civile ignorat non permisa. Respondet.

Minor etiam 25. annis præponere institorem potest, sed si læsus fuerit auxilio ætatis poterit uti, hoc est causa cognita in integrum restitui leg. sed etsi pupillus 11 § 1 ff. h. tit. quod Græci vocant lib. 18 Synopsis Basilici non sine iusta causa. Id enim solum in causæ cognitione versabitur, an iusta causa sit restitutionis impetrandæ, hoc est an in integrum restitui debeat minor sua facilitate læsus in præponendo institore leg. verum 11 § sciendum est leg. quod si minor 24 § non semper et § ult. leg. non omnia 44 ff. de minor. leg. necessarijs 57 ff. de adquir. hæred. notat Duaren. ad h. tit. cap. 2 A. Fab. ind. leg. sed si pupillus 11 § 1 cum possit minori læso restitutio denegari si a procuratore maiore servari res sua possit ut docemur in leg. cum mandatu 23 § si autem ff. de minor. ubi Cuiac. lib. 11 Paul. ad edict.

Hæc de præponentibus dominis notata sufficiant, succedit nunc disquisitio de præpositis institoribus quam tractat Ulp. in leg. sed et si quis 7 § parvi autem ff. h. tit. ubi docet parvi referre quis sit institor masculus an fœmina, liber an servus, qui et patris familias et filij, sive pupilli, sive puberis institores possunt præponi, de quibus singulis agemus. Feminæ ergo negotiatoribus præponi possunt, quæ si filiæ familias sint aut ancillæ institori præponi possunt, quæ si filiæ familias sint aut ancillæ ... qui præposuit tenebitur ... leg. 7 § 1 in fin. plenaria actione, qui præposuit tenebitur. ... leg. 7 § 1 in fin. ... enim puellas etiam tabernis præponunt, ut ait Gaius in leg. nam et plerique 8 ff. h. tit. et solent feminæ in taberna aut caupona obsequio famulari servili et potantibus ministerium præbere ut loquitur Constantinus in leg. quæ adulterium 29 cod. ad leg. iul. de adult. leg. 1 cod. theod. eodem tit.

Vel

vel arti, vel cuius aliquid vulgare exercent, propter quas etiam vel vesti-
lariis natrices sint, aut textrices leg. et ancillarum 27 ff. de pecul.
vel denique in certo genere mercis negotiari, vel quaestuariae
§ sed et si ancilla 7 ff. de trib. act. quo casu proprie institri-
ces feminae sunt, quas vix non eo sensu quo Plautus institrices
vocat ancillas pro domina negotiantes, qualis cerysis illa apud
Petronium quae dominae hilaritatem curabat et tribunatum eius vo-
luptatem pererabat.

Sed et liber an servus sit institor nil interest; nam et
si liber homo sit, qui negotiationi aut navi praeponitur instito-
ria, aut exercitoria praeponens tenebitur leg. sed si quis 7 §. 1
ff. h. tit. et §. 2 in fin. inst. quod cum eo leg. 1 §. cuius 4 ff.
de exercit. acti. nam quamvis ex iure civili liberi hominis obligatio
alteri adquiri, aut in alium transferri non soleat. leg. 1
Cod. per quas personas. leg. solutum 11 § per liberam ff. de pig. actione.
leg. ea quae civiliter 53 ff. de adquir. rer. dom. leg. quaecumque
ff. de oblig. et act.; in institoribus tamen et magistris
publica utilitas, quae in conservatione commercii terrestris et
maritimi versatur persuasit ut a praetore actio daretur in
eos, qui liberum hominem praeposuissent cum quo quamvis etiam sit exceptum
iure civili nos obligari ex quorum actu locupletamur leg. 1
ff. h. tit. ubi Fab. leg. 1. de exerc. act. eleganter Don. ad
tit. Cod. de inst. act. n. 2 unde sive liber homo pater-
familias sit, sive filius familias, et rursus sive in potes-
tate praeponentis sit, sive sub alterius potestate institori et
exercitoriae locus est leg. sicut qui 5 ff. de exerc. act. leg

itam

ditꝫ ni filiusfam. 7 § item in deꝫ ll ff. de S. C. Maced ex qua intendeꝫ e filiumfam. institoreꝫ si a patre suo cuius in potestate e ppona et mutuaꝫ pecuniaꝫ acceperit exceptione Macedoniana n̄ vtaꝫ q. sciat hoc casu S. C. aliter ac si ab extraneo pponit et mutuuꝫ acceperit, q. tunc habebit ipse Macedoniani exceptioneꝫ, sz vtroque casu p inde pponens institoria teneat.

Pupillus atq institor ee pot ex cuius 2. cbus institoria dominus, siue pponens tenebit, nihil enim refert cuius etatis sit institor vel exercitor leg. 1 § cuius 4 ff. de exerci. act. leg. sed et si quis 7 § 4 ff. h. tit. et qz vis ipse pupillus n obliget pponenti, nisi tutore autore pponat, leg. obligari 9 ff. de autor. tut. pponens tamen obligabit ijs, qui cum pupillo 2. xerunt, nec noua hec inequalitas e in psona pupilli leg iuliani 13 § si quis a pupillo ff. de act. empt. et vend. (de qua D. Ramos in M. L. ad leg. iurisgentiuꝫ 7 § 2 de pactis n. 9) imputare enim sibi debet qui pupilluꝫ pposuit d. leg. 7 § fin 4 et d. leg. 1 § 4 vt qui parum diligenti amico rem custodiendaꝫ tradit n ei sed sue facilitati imputare debet § pterea inst. qb mod. re 2. hi. oblig. qui parum diligenteꝫ sociuꝫ sibi asumpsit de se queri, sibi imputare debet § fin. inst. de societ. et qui minori 25 annis negotia mandat imputare sibi debet qd tale 2misit leg. cum mandata 23 in fin. ff. de min. explat post Fab. in d. leg. 7 § fin. et in d. leg. 1 § 4 Carolus Labeus in synopsi Basilici lib. 18 pag. mihi 41 Cuiac in leg. 3 § vlt. de minor. unde fit vt ex persona minoris institoris, vel pcuratoris dominus maior 25 annis in integrum restitui n pot quoniam voluntate eius gestum videt, et sibi imputare debet qd minori rem 2misit d. leg. 3

§ ult. cum leg. etenim. 4 d. leg. cum mandatu 23 ff. de minor. Paul lib. 1 sent. tit. 9 § 2 Cicero in frumentaria ibi: mala ac misera defenitio praetorum hoc dicere: ego frumentum nec aliis, nec in spem mancipii potestatem habendi, imp. handi quae ponivi: et paulo post mala est haec quidem, ut dixi, at potius posita maximorum peccatorum, huius autem iniquitatis, et inertiae confessio, non defensio criminis. excipitur ille casus, cum scilicet quod procurator minor solue-rit a domino seruare non potest; tunc enim dominus restituitur in eius persona; quoniam ipsius interest restitui d. leg. cum man-datu 23 ubi cuiac. lib. 11 Pauli ad edictum et in d. leg. 3. §. ult. de minor. et tract. 7 ad afric. in d. leg. 4 de min. Donel. lib. 21 comment. cap. 7 et supra diximus

Seruus ergo institor praeponi potest, siue proprius, siue alienus, siue communis sit, ex quorum dictis hic quae institoria datur praeponentem competit d. leg. sed et si quis 7 § parui 1 leg. habebat 13 § fin. cum leg. sequent. leg. si quis mancipiis 17 § si seruum 1 ff. h. tit idem quae in exercitoria iuris est d. leg. 1 § cuius 4 ff. de exercit. quod quis in aliis causis ex alieni serui facto alius quam ex proprii te-neamur leg. ult. in princ. et § hac actione 4 ff. nautae caupones id tamen est in delictis, quorum alia ratio est, quam dictorum leg. 1 § sed si cum quolibet 2 ff. de exerc.; in dictis contractibus enim eadem publica utilitas, et fides propositionis evincit quae ex dictis contractibus serui ali-eni, aut liberi hominis institoris, aut magistri praeponentem te-neri, ac si seruum proprium, aut alienum, aut liberum hominem navi aut negotiationi praepositos ad hoc superest, quod ex dictis contractibus serui proprii domino recto iure actiones acquirant, ac inde praetoris auxilio non egeat dominus eos qui cum seruo contraxerunt leg. 1 ff. h. tit ibi: sed siquidem seruum proprium institorem habuit, potest eum ex causis

adqui

adquisitis sibi actionibus: at ex d.ª che servi alieni, aut liberi
homi d.ª eos qui cum eo d.º xerant actionem pponens n hēt;
haec enim ei pereunt, qui in sua potestate non est acqui-
ri non pōt leg. 1. et 2 cod.ᶜ p quas pson. leg. eaque
civili lib. 53 ff. de adquir. rer. dom. leg. quaeque 11 ff. de
oblig. et action. et ideò quamvis adversus ipsum
liberum hominem, aut contra dominum ser-
[redacted] praeposuit mandati, aut negotiorum ges-
torum actione agere posit; si tamen illi solven-
do n sint, praetor aequitate motus actionem praepo-
nenti pollicetur contra eos, qui cum praeposito
contraxerunt leg. 1. et 2 ff. h. tit. leg. 1.
§ sed ex contrario 18 ff. de exercit. leg. in om-
nibus § ff. de praetor. stipul. Nec obstat tex. in
leg. servus 20 ff. de usufruct. habit. ubi docemur per
servum institorem vicario adquiri: igitur per servu-
um alienum, in quo nullum ius habemus,
etsi institor sit adquirere non possumus. Distin-
guo consequens recta via concedo; obliqua et media
personam domini conventi à praeponente acti-
one mandati nego consequent.; at servus in quo
usum hēt pponens illi recto adquirit ex negotiatione, cu-
ius exercitium de usu servi e.

Cap.

Caput. 3.

De honoraria actione contra præponentem Contrahentibus cum institoribus Concessa.

1. Ex qua persona lucrum quis sentit, eius factum praestare debet. l. ex qua persona. 109. d. Reg. jur. unde cum ex institorum actu commoda sentiamus merito equum prae tori visum fuit, ut ex institorum contractibus, et obligari possimus et conveniri proposita honoraria actione, qua subvenire placuit iis, qui cum institoribus contraxissent, quasi intuitu praeponentium contrahentibus, quae institoria ex eo appellatur. l. 1. d. h. t. qua praeponentes tenentur ex omni institorum contractu eius rei gratia, cui praepositi fuerunt. l. cuicunque. 5. §. non tamen. ff. d. h. t.

2. Nec solum haec actio competit ob contractum institorum, cui praepositi fuere, sed etiam non jubente domino, dum permittat; et ob delictum institoris, et ob sequelam negotiationis de permissu domini est decisio text. in l. cuicunque. 5. §. idem Labeo. 9. D. h. t. ubi proponitur pistorem servum pani vendendo praeposuisse, et ille accepta praesenti pecunia ab eis, quibus panem dare solebat in dies singulos, conturbavit: et ait consultus, dominum institoria teneri, si ita servo dari pecuniam permiserit, dubitandi ratio ex eo, quia qui conturbat non contrahit, sed dissipat, et prodigit; conturbare, est decoquere, et cum stationibus paria non facere, solvendo esse desinere, et nomina expedire, aut ex solvere non posse, vulgo

vulgo quebrar. l. quidam. 16. D. de in rem verr. Petronius in satyric. cap. quum post quam conturbavit in libidinis suae solum vertit. notat ex Adriano cardinali Budaeus in annotationibus priorib. in Pandect. in d. §. idem Labeo & Brisson. de V. S. verbo Conturbare: proinde institoria danda non videbatur, quae ex contractu institoris, regulariter competit non ex delicto, sed ratio decidendi est, quia ad causam praepositionis pertinuit servum commissum, cum ei Pistor panem vendere, et praesentem pecuniam accipere, ut in dies singulos panem dari permiserit, et ideo fraus servi, qui conturbavit, et decoxit praeponenti nocere debet. d. l. 5. §. idem aut. 8. l. sed si Pupillus. 11. §. proscriptum 4. in fine. D. h. t. permisisse autem Pistor videtur, si sciebat presentem pecuniam dari, nec prohibuit, quod notat Barthol. ut Fulgos. in d. §. idem Labeo, argum. l. sed etsi Pupillus. 11. §. 2. D. h. t.

3. huc etiam pertinet tex. difficilis in l. Titianus. fin. D. quod cum eo. ubi servus praepositus mutuis pecuniis dandis, et pignoribus accipiendis, apud negotiatores hordei qui scilicet hordeum vendebant, pro emptore debitum suscepit, hoc est, fidem suam adstrinxit, sive pro emptore hordei fidejussit, quod facere solebat: sed cum fugisset servus, et venditor hordei, cui delegatus servus fuerat, ut pretium hordei daret, dominum conveniret actione institoria: cumque Dominus negasset hac actione teneri cum servum non praeposuisset, ut intercederet iuxta dictam l. 5. §. non tamen 11. h. t. attamen cum ab actore probaretur dominum permisisse intercedere, et alia similia ob eius permissum dominum teneri decretum fuisse, docet Consultus. quod procedere non posse iudicabant Consulti, ut constat ex verbo dicebam, quasi hic servus fidejussor censendus esset, cum pro aliis solveret debitum, non pro aliis suscipit debitum; ut inquit Paulus, hoc.

faciat, cum per intercessionem pro alio eius debitum, et aes ali-
enum, quasi aes debitum solvat: non autem per delegatio-
nem eius, cui mutuatur, debitum suscipiat, ut distinguit Pa-
pin. in l. in eum 19. §. ff. h. ti. nisi malis verborum ordi-
nem invertere, et sic legere: quasi fideiussionem esse
videri, cum pro alio susciperet debitum, non pro alio solvit
debitum; ut emendat Cujac. lib. 13. observat. cap. 35.
in fine. ex fideiussione autem in dominum actio dari
non solet. l. servus 19. ff. de fideiussorib. l. 3. §. si fi-
lius fami. d. Peculio. Praeceptor meus in m. s. de fide-
iussorib. cap. 4. n. 19. Pronuntiavit tamen annonae prae-
fectus dominum teneri, et sententiam confirmavit, seu po-
tius conservavit, (ut Florentiae legitur, et deffendit Cujac.
lib. 17. observat. cap. 20.) Imperator. sed singula-
ris ratio est deducta ex consuetudine servi, qui cum per-
missu domini solebat aes alienum pro emptoribus hordei
suscipere: et ex tacita voluntate domini, quo sciente
ita servus negotiabatur: unde non tantum mutuo dan-
do, sed et omnibus aliis eum suo nomine substituisse do-
minus creditur in d. l. ult. ubi sic post Barthol. fulgos.
Castr. et Alueric. a fabro. qui optime concludit prae-
positum certae rei, si in aliis plerisq. sciente, et patiente
domino negotietur pro generali institore habendum esse
argum. l. item si filius 7. §. 11. ubi quaqua ff. ad senat. con-
sult. macedon. l. universorum. 12. ff. de pignoratitia ac-
tion. de quo tacito institore Bartho. consil. 79. Jasso in l.
si institorem. 29. num. 2. Ruses practicar. 5. l. 1. §. ma-
gistrum 5. versi. et facilius. ff. de exercit. ubi referendum
e ille versic. ad praesidentia non ad proximum, ut sensus
sit exercitorem teneri ex gestis Magistri, et eius, quem magis-
ter sibi substituit: dominus autem non item ex contractu eius,

quem.

que institor praepositum, quasi maior publica utilitas verteretur in exercitoria, quam in institoria, ut explicat Fab. in d. §. magistrum.

4 Sed antequam hinc abeamus notandum est, hanc actionem institoriam, qua dominum teneri diximus directam institoriam esse, quia hic institor non improprie est, sed pro proprio institore habitus cum idem faciat permissio negotiandi in hoc tacito institore, ac in expresso faceret praepositio: nec obstat quod actio directa non detur ex contractu praepositi mutuis pecunijs dandis vel accipiendis, cum hic non sit proprie institor, de quo sequenti cap. dicemus: nam hic servus praepositi causam, cui praepositus fuit, negotiationi se inmiscuit pro emptore intersedendo, quae proprie negotiatio est, cum emptorem sibi obliget et se obliget venditori, quare cum permissio domini suppleat praepositionem et detur negotiatio dominus directa institoria teneri praefectus annonae decidit, cuius sententiam conservavit Imperator.

5. Ex delicto etiam competit institoria ut docet Ulp. in d. l. Cuicumque. 5. §. sed et cum fullo. 10. D. h. t. in eo qui a fullone peregre proficiscenti rogatus fuit, ut discipulis tabernae imperaret: si postea discipulus vestimentis acceptis fugisset, fullonem praeponentem institoria teneri ait si quasi institorem eum praeposuit: secus vero si quasi procuratorem: quod dificile videbatur, cum dolus unius neque nocere, neque prodesse alteri opporteat: sed cum imputari fulloni possit, quod per fidos discipulos uteretur, ex eius delicto tenetur, ut in l. sed si pupillus. 11. §. proscriptum 4. in fine hoc tit. sed adhuc distinctionem procedere non posse videtur, quia qui tabernae praepositus fuit, ut discipulis imperaret, videtur non nisi institorem esse posse, quia procuratoris atque institoris munus est, vice domini discipulis imperare; sed in dubio

pro-

pro procuratore est habend, quod et fabordabilis sit, neque ponens obliget. l. Arrianus 47. D. de o. et a. l. semper in dubijs. 55. D. de reg. jur. et quia accommodatio rei ipsi et, cum imputari contrahenti possit, cur non inquisierit, utrum institor esset, cum id ei probare necesse sit. l. 2. D. de proba tionib. obscurius est, quod sequitur in dic. §. ex locato, non ins titoria teneri eum qui affirmauit recte me credere operarijs suis: quod sane accipiendum est de Domino fullone, non de eo, quem reliquit fullo, ut discipulis imperaret, ut in con pecte faber exaudit; in eo enim dubitari non posset, an institoria non contra præpositum, sed contra præponentem detur. nec starum in præponenti dici potest ex locato eum teneri propter affirmationem eius, quem reliquit, quoniam si tanquam institor fuit relictus institoria potius com peteret: si tanquam procurator nec institoria, nec ex loca to, quia utraque persona procuratoris non expeditur. l. procurator. 67. D. de procuratorib. fatendum itaque est con tra, a fab. et dicenam cum accurs. verbo adfirmauerit: in specie huius §. versic. plane. fullonem adfirmasse mi hi recte me credere operarijs suis, quo casu ait Ulpi. institoriam non competere; nec enim qui hoc adfirmat ali quem ex discipulis quaestuariæ negotiationis præponit: nec mandati, aut de dolo agetur, quamvis interdum in simili specie actiones hoc competant, l. et eleganter. 7. §. fin. cum leg. sequent. D. de dolo. l. si vero. 12. §. si quis manda verit. D. manda. l. in causæ. 12. §. in summa. D. de minorib.; quoniam hic nullus dolus fullonis detegitur: et adfir matio sit de consilij et commendationis est, non mandati. l. si vero. 12. §. cum quidam. mand. nec qui hoc adfirmat eis credi mandat, et ideo Ulpian. ait agendum potius ex locato, quod tamen significare valde singulare est, ne legem ter.

ter annotant Albericus, et Fulgosius in d. §. sed cum fullo, cum in hac affirmatione certa merces non intervenerit, ac proinde nec locatio ulla sit. Princip. inst. de locat. et conduct. sed res facile expeditur si advertamus actionem hanc ex locato, non quidem nasci ex affirmatione, aut negotio gesto inter fullonem, et eum, cui affirmavit, sed potius ex contractu locationis quae intercessit, cum post affirmationem fullonis eius discipulo vestimenta polienda data sunt, tunc enim si ille vestimenta surripuerit, placet actionem ex locato contra fullonem dari, quae cum bonae fidei sit, hunc etiam casum complectitur, ne qui fulloni affirmanti fidem habuit circumscribatur.

6. Sed obstat Pauli locus lib. 2 sententiarum. tit. 8. §. f. ubi ait: ex contractu cum discipulis eorum, qui tabernae vel officinae praesunt in magistros, vel institores in solidum dari actionem, scilicet institoriam, de qua Paulus illo tit: quod si verum est, fatendum est cum Accurs. in d. §. sed cum fullo, verba illa non institoria, sed ex locato sic exaudienda esse, ut non solum institoria, sed etiam ex locato teneatur. institores enim quodammodo sunt discipuli, sive operarii, quos tabernae fullonicae dominus praeponit, et plerumque in libris nostris accipitur non pro non solum, ut in l. invitum 5. ff. de servitut. urban. l. non enim 38. ff. ad S. C. Trebell. exemplis rem confirmat praeter laudatos ab Aligero lib. 3. commentar. Dom. cap. 16. littera D. Accurs. in l. ob eam ff. de praescriptis verb. A. August. lib. 2. emendation. cap. 1. Brisson. de V. S. verbo non. et exempla adhuc in vulgata in l. si procuratori 14. ff. de condict. causa data, ubi notat Fulgos. n. 14. Castrens. laudatus ab Alexandro ibi n. 12. alia in l. cum pupillus 21. ff. de tut. et ration. distrah. l. ult. §. ult. ff. de aedilit. edicto. Cujac. 8. observat. cap. 5. Potest tamen Paulus accipi eo casu, quo officinae seu navi, aut tabernae seu negotiationi liber homo praepositus est, tanquam magister navis aut institor negotiationis. hic enim si aliis discipulis, sive operariis utatur, et cum illis contrahi permittat, tenetur

ex.

ex eorum Contractu in solidum ipse, quasi eos praeposuerit: non tamen tenebitur Dominus meritis, aut navis. l. 1. §. magistrum 1. cum sequenti. D. de exercitoria. sed difficile est quod Paulus docet in l. Quare 5. §. actionis 3. D. de dolo mali, et metus exceptione. actoris exigendis pecunijs praepositi, siue procuratoris, dolum etiam posteriorem Domino nocere: sed dolus nullus potest considerari in procuratore, antequam procurator sit: igitur prior dolus post mandatum debet considerari, et posterior, post finitum negotium siue praepositionem: igitur praeponens debet teneri de dolo institoris, adhuc finita praepositione, quando iam institor non est. Cui breviter respondemus omissa litterae textus in versione. Cujacius lib. 71. Pauli ad Edictum in hac l. differentiam constituit inter procuratorem universalem omnium rerum administratorem, et inter procuratorem particularem siue actorem, ut qui praeponitur exactioni pecuniae: illius dolus commissus et ante jam dictum acceptum, siue litem contestatam, et post litem contestatam Domino nocet: huius dolus praeteritus si commissus ante litem contestatam non nocet Domino: sed dolus commissus post litem contestatam domino nocet, quem dolum praesentem appellat Vlpian. in l. apud Celsum. 4. §. quaesitum. 14. D. eodem tit. et Paulus posteriorem, respectu praeteriti, siue anterioris, vel commissi ante litem contestatam. sic Cujat. lib. 25. observat. Cap. 27. nec obstat verbum etiam. quod ad antecedentia refertur; nam in §. 2. dixerat Paulus nocere dolum donatoris, qui passus fuit aedificare, nec refundit impensas, unde sequitur etiam praesentem dolum actoris Domino nocere.

Denique competit institoria actio ob sequelam, ut diximus, negotiationis, scilicet, si institori certae negotiationi, vel tabernae praeposito ad causam praepositionis mutua pecunia data sit, vel ut ad merces emendas: quia quamvis aliud sit tabernae, aliud mutuo accipiendo praeponi. l. habebat. 13. D. h. t. mutui tamen acceptio ad merces emendas.

das est sequella quaedam, et appendix praepositionis: unde qui tabernae praeponitur, mutuum etiam accipere ad causam negotiationis potest, et directa institoria Dominum obligat. l. Cuicumque 5. §. sed si pecuniam 33. ubi Castrens. num. 3. ff. h. t. l. 5. C. h. t. ubi quod scriptum est, non aliter Dominum institori obligari ex mutuo ab institore accepto, quam si nominatim ei permiserit mutuum accipere cum eum officio, si ue officinae praeposuit, uel negotiationi: intelligendum est de mutuo accepto ad aliam causam, quae ad negotiationem non pertineat in quo necesse est nominatim permittere institoria competat: caeterum si ad causam tabernae mutuum acceptum sit semper directa institoria competit quia id tacite, et in consequentiam praepositionis permissum videtur. l. 5. §. non tamen cum seq. ff. h. t. l. 1. §. non autem 7. ff. de exercit. l. item si filius fam. 7. §. quanquam et §. interdum. ff. de senat. Consult. Maced.

8. Nec obstat text. in l. in eum 19. §. tabernae. 2. ff. h. t. ubi mutuo accepto a filio institore mercium causa, et patre fideiubente institoriam competere. Papin. ait: propter patris fideiussionem, cum acceptae pecuniae speciem pater fideiubendo negotio tabernae miscuerit, ergo accipere ad causam mercis non sufficit ut institoria competat. Respondendum est omissa expositione fabri ibidem post Jacobum de Aretio laudatum a Fulgosio ibidem, et approbatum ab Alberico, cuius interpunctio verba haec iungens tabernae praepositus a patre filius mercium causa, indignam Papiniano repetitionem admittit, quid enim est aliud tabernae praeponi, quam mercium causa praeponi? l. institor. 18 l. 3. ff. h. t. omissis etiam aliis Alberici cogitationibus, verba illa cum acceptae, sive exaudientis quanvis acceptae, ut quodam modo rationem dubitandi contineant. dicendum potius est, si ponamus, ut cum Accurs. Cast. Fulg. et Cui. ponunt, et exponunt mercium causa mutuam pecuniam acceptam dubitare hic coepisse an institoria Pater teneretur etiam hoc.

hoc est: an institoria, et ex fidejusoria teneatur. dubitandi ratio duplex, quia fidejubendo, quasi novasse principalem obligationem institoria videbatur. l. habebat. 13. §. meminisse. D. h. t. deinde quia cum principali institoria obligatio accessoria ex fidejussione non concurrit, sed extinguitur, quia pro se nemo fidejubet. l. haeres a debitore. 21. §. servus. D. de fidejussor. iuri autem dubitandi quae rationi Papin. occurrit affirmans patrem etiam institoria teneri, hoc est, ex fidejussione, et ex praepositione quoniam accepta pecunia per fidejussionem, id est, creditam fidejubendo miscuit negotio tabernae, id est, non extinxit obligationem ex mutuo, qua principaliter tenebatur propter praepositionem, sed miscuit eam negotio tabernae, fidejubendo, hoc est, non transtulit obligationem novando, sed adiecit fidejubendo, ut alibi loquitur. Cujac. lib. 9. respon. l. si eum §§. item si servus D. de exerc. act. Papin. in dic. §. tabernae, et obligatio fidejusoria, non extinguit principalem, sed accedit, ut Cast. in dict. §. tabernae: nec rursus concursus obligationis institoriae in persona patris facit, ut inanis fiat fidejussio non enim fidejubet Pater pro se, quamvis directo ipse iam teneatur, sed pro filio, qui principalis debitor est. l. si Domina. 25. D. ad senat. Consult. Velle. l. 1. §. quid ergo. D. quod jussu. l. item si filius. 7. §. intercedens vers. quanquam D. de S. Consil. Maced. notat ... Albericus Cast. et Corsal. in d. §. tabernae, ac proinde pater fidejubendo miscet, sive adjicit obligationem negotio tabernae non tollit.

Subtilius tamen (ut opinor) et verius si
9. quis cum filio tentaverit etiam in pecunia mutua accepta quasi commercii causa dubitari potuisse, an institoria pater teneretur, quia non satis est creditori ostendere commercii causa se credidisse, nisi et necessariam mutui dationem fuisse probaverit. ut in l. ult. de exercit. act. sed cum Pater fidejusserit, eleganter Papin. ait: etiam institoriam competituram, quo-niam.

niaꝫ pater fidejubendo miscuit mutui dationē negotio tabernæ hoc est, facilè ostendit necessaria pecunia fuisse ad negotiationeꝫ. arg. l. exceptione 11. C. de evict. nec moveamur ex l. 1. §. quid ergo 5. ff. quod jussu. ubi Dominꝰ, qui pro servo fidejussit, nec quod jussu tenetur, quasi nihil ratiꝫ habeat fide jubendo: exposita enim interpretat. Castrensis, qui ideo non teneri, quod jussu ait, quia tenetur ex fidejussione, cui repugnant illa verba: nec hoc dicitur ideo quod teneatur ex causa fidejussionis. dicendum est dominum fidejubenteꝫ non teneri quod jussu, quia quamvis fidejubendo jubeat, non tamen quasi dominꝰ, sed quasi extraneꝰ intervenit: inde ait Consultus: non ideo dicimꝰ honoraria actione, quod jussu non teneri quia civiliter ex fidejussione tenetur, ut perperam ratiocinabatur Castr. in d. §. tabernæ, sed potius ideo, quoniam aliud est jubere tanquam Dominꝰ, aliud fide jubere tanquam extraneus, et ideo sive teneatur ex fidejussione, ut regulariter tenetur d. l. si Domina 25. ff. ad S. C. Vellei. d. §. tabernæ. l. si mandator 8. C. quod cum eo. sive non teneatur, quia inutiliter intervenit nunquam teneatur quod jussu d. l. 1. §. quid ergo. ubi faber in Rationali aliud in specie d. §. tabernæ, ubi quia jussus patris cum filium tabernæ præposuit præcesserat, sufficeret postea fidejussio, ut ostendat eum mutui dationē negotiatio tabernæ acceptam ferre, ut explicant post Accurs. Alb. et Fulg. in d. §. tabernæ. similiter per contrarium si quis præpositꝰ oleo emendo, oleum mutuum acceperit institoria competit. l. cuicunque 5. §. si ei 14. h. t. cum idem sit pretium solvere, ac conditione teneri, et fortè emptio non aliàs parata sit, ut oleum acquirat: sed difficile videtur præpositum ad vendendum, ex mutuo præponentem obligare, ibi: quæ ad vendendum, et emendum vel præposuit, si quidem præpositꝰ ad vendendum, nec emere potest, d. l. 5. §. proinde. 12. vs. item si fortè. hac sic. cui resp. etiam agere de præposito ad emendum mutuum accipiente: vel ad vendendum accipiente mutuum; vel præposito negotiationi emptionis, venditionis, cui si præpositus ad emen.

aug, seu mutuum datum sit preponentem obligabit in institoria
Condictione, sicut erat obligatus institoria ex vendito:
quod si preposito ad vendendum seu, seu mutauerit quod re
vendat, ex hac negotiatione obligabit preponentem insti
toria condictione, sicut erat obligatus institoria ex
empto, cum sequela sit negotiationis, unde directa, non
utilis institoria competit: si ad vendendum tantum oppnum
seu non obligat ex mutuo.

Credendum filo pendet quod monemur in
10. l. habebat. 13. D. h. t. cum qui servo merci seariae pre
posito mutuam pecuniam dedit, si institoriam directam in
tenderit, nec probare potuerit merci gratia mutuum accep
tum esse, posse adhuc utili institoria experiri togest, si quis
alius in hoc tractatu impeditum interpretationum, quas lectu
ras vocant varietate, difficilis Joanes vetus glossographus
ait: creditorem prius egisse certa illa caussa in libello expre
ssa, quod scilicet mercis gratia crediderat, et ideo cum non
probasset. absolutum fuisse Dominum, quia quisquis inten
tione sua complexus est, specialiter nisi probat succumbit.
l. 4. §. docere. D. de vi bonor. rapt. l. denuntiasse. 17. §.
quid tamen. D. ad l. Jul. de adult. l. 4. §. 1. si mensor falsum
modum dixerit. cap. examinata. extra de judic. ubi Classic.
cap. Abbate, sane. de sent. et re judic. lib. 6. ubi diserte
definitur subcumbere ei, qui petijt. expressa speciali caus
sa, si eam non probet quamvis aliam superuenientem osten
dat, de quo, et quatenus in eodem, vel alio judicio reus tractari
possit, aut debeat, et cum judex hodie ex causa probata,
quamvis a principio alia exprimeretur, vel pronuntiaret
secundum petitorem possit, vel ei jus suum integrum servare,
et postea legitime intendat. disputant, et dissentiunt.
Gregor. in l. 16. tit. 22. partit. 5. glos. magna. acev. in
l. 10. et num. 116. tit. 17. lib. 4. Compilationis et in Rub.
n. 16. tit. 2. lib. 4. Compilat. Carvador. lib. 2. rer. quotid.
Cap. 10. n. 3. Pinel. in l. 2. 3 part. n. 28. C. de resind. vend.
in.

in cap. 8. apud quem ex num. 31. pleraq. circa interpretationem d. l. habebat. 13. Cui consentit Duar. ad h. tit. cap. 4. Pac. ~~aliter~~ centur. 4. q. 54. et Alberic. in l. habebat. 13. inf. aliter cum Baldo, Padilla. in leg. error. num. 54. C. de iur. et facti ignorant. Menochius de arbitrar. lib. 2. q. 34. sub his lig., nescio an verius rem expendit a Fabro in ration. d. l. habebat. 13.

Ad compositionem huius dubitationis, asserit Cuiacius, usuras fuisse debitas ex tutelle iudicio sine stipulatione: iudicium autem tutelle bone fidei est § actionum 28 instit. de action. unde cum ille qui offert non sit in mora, Cuiacius sentit, solam sufficere oblationem, ut usure non debeantur iure, idest ipso iure ut accipitur hec vox in leg. stichum 95 § aditio 2 ff. de solution. leg. si venditor 6 deserti exportandis leg. 1 quib. mod. usufruct. amitt. [redacted]
hec suadetur interpretatio ex verbis illis et apud iudicem tutelle egit, de quibus infertur fuisse intentum tutelle iudicium ab herede pupille, quod secundum iuris regulas intendere potuit, ex eo quod facta solo pacto transactione, prima actio tutelle non fuit extincta leg. si de apud 28 C. de transactionibus cum vulgatis. actio enim non tollitur pacto leg. si unus 27 § pacisci 2 ff. de pactis sed salva Cuiacii venia, et venerando doctrinam tanti iuris periti, dicere debemus, eius interpretationem convinci non esse scevole responso: nam cum questio tutelle sopita iam esset transactione, opposita exceptione pacti, [redacted] heres pupille obiam

causam esset victus, frustra de usuris dubitaretur, quae deberentur
ex tutelae iudicio, quod iam erat extinctum, proposita pacti
exceptione. accedit, quod quaestio de usuris proponatur postquam
princeps pronunciavit iniustam provocationem haeredis pupillae
agentis tutelae iudicio: igitur cum inspecto effectu exceptionis
a die transactionis usurae ex illo iudicio non currerent, nulla
potuit esse dubitatio de ipsis, ut pote iam extincta causa, ex qua
proficiscebantur: deinde si scrutemur attente Scaevolae sen
tentiam, inveniemus, usuras ex stipulatione fuisse
debitas.

n. 22. Pro Accursio dicere possumus, fuisse interpositam transac
tionem super actione tutelae, quae est bonae fidei d. § actionum 28
instit. de action. et consequenter debere iudicari bonae fidei; nam
transactio naturam assumit illius contractus super quo
interponitur Alexander in d. § seia. glossa in leg. ulti. c. de
in integrum restit. Bart. et alii antiquiores in leg. sub praetextu
c. de transactionib. et in leg. penulti. c. de dolo. neque poterimus
respondere, usuras fuisse debitas ex stipulatione, quae fuit inter
posita pro residua peccunia ibi residuum cavit: quae verba
omnes interpretes explicant de stipulatione ex leg. sancimus
3. c. de verb. signif. nam stipulatio etiam interposita super bonae
fidei iudicio, induit illius naturam. argumento sumpto ex
textu in leg. 1 § ~~[illegible]~~ signis 14 ff. ut ~~[illegible]~~ legatorum. Valdum in leg.
dolo 5. c. de inutilib. stipulat. glossa in leg. si quis cum aliter 36
ff. de verb. oblig: quod actio proveniens ex stipulatione, licet ipsa
stipulatio stricti iuris sit, bonae fidei debet censeri, cum sit inter
posita stipulatio super tutelae iudicio, quod bonae fidei esse
clamant iuris principia. haec tamen omnia evanescunt
facile, quoniam stipulatio interposita fuit non firmandi
iudicii tutelae causa, quod erat necessarium, ut sortiretur potius
naturam illius iudicii d. leg. 1 § 4 ff. ut legatorum enim

eniꝫ fuit interposita ut a iudicio tutele discederet; quod tamen valet, ut fuisset interposita pro firmitate illius iudicij

Scebolla solet aliter explicari. pupille eniꝫ heres, quasi eo transactioni rupto, agens qꝫ actione antiqua tutele, fecit quo minus pecunia debita ex stipulatione obsignari ñ posset. naꝫ quo usqꝫ eius provocatio a principe fuit pronunciata iniusta, erat dubiuꝫ ex quo titulo heres tutoris deberet obsignare, an scilicet ex tutele iudicio, an ex stipulatione; proinde qꝫ cui non posset imputari, quod non obsignaverit pecuniaꝫ, satis fuit exigere a Seia quod potuit praestare, nempe oblationeꝫ pecunie, quaꝫ si recusat heres pupille, Seia non potest ulterius progredi. ancipiteꝫ eniꝫ reddit heres pupille solutioneꝫ heredi tutoris, naꝫ si esset victa iudicio tutele vel imperitia iudicis vel sortibus, frustra obsignaret ex stipulatione minoreꝫ quantitateꝫ transactione expressaꝫ; obsignari eniꝫ debet tota debita pecunia, ut obsignatio liberet ... l. qui Romę 122 in prin. de verb. oblig. de qua Fab. lib. 2 coniecturarum cap. 2. hęc firmatur solutio ex l. nemo 82 § ult. ff. de verb. obligat. in illis verbis, et hic moram videtur fecisse, qui litigare maluit, quaꝫ restituere. de qua Cuj. in l. si Stichuꝫ 26 et in l. si ex legati 23 ff. de verb. obligat. ubi etiaꝫ Don. Duar. et Gifan. quę verba possunt adaptari heredi pupille in specie quaꝫ discutimus: videtur eteniꝫ moraꝫ fecisse, eo ipso quod litigare maluit, quaꝫ stare transactioni: unde altera ñ minus gravis dubitatio recrudescit, naꝫ si pupille heres in dolo e' eo ipso quod elegerit liteꝫ, ad quid desiderat novaꝫ ipsius moraꝫ Scebolla in accipienda pecunia, quę erat transactione designata; et ad quid ut eius mora clarius ignotesceat, asserit nunquaꝫ petijsse pecuniaꝫ debitaꝫ ex stipulatione. n° 22

interpretes in hoc textu plura comminiscuntur, ad effugiendaꝫ eius tantaꝫ et taꝫ graveꝫ difficultateꝫ; quos referre n° 23

refellere quod foret otiosum; nos etiam de coniecturis aleam duramus; et inprimis opere pretium est animadvertere, debitas fuisse usuras ex conventione stipulatione scilicet, nam cum ex tutelae iudicio deberi non possent, lite finita, et opposita pacti exceptione, restat ut debeantur ex stipulatione, ut in superioribus firmavimus ex illis verbis ex stipulatione pecuniam offerre. observandum est secundo, questionem in dicto § Seia fuisse de usuris decursis postquam finita fuit lis, nam de usuris decursis lite durante, nulla questio poterat esse, siquidem pupillae heres ancipitem reddiderat causam solutionis agens antiqua actione tutelae, necante eventum litis heres tutoris liquidam debebat pecuniam; quo circa ei non poterat inputari cur non solverit aut non obsignaverit ut numero demonstravimus antecedentiinfin. ex qua observatione proxime adducta, interpretatio sua corruit sponte; quippe cum questio non fuisset de usuris decursis pendente iudicio, erat liquidum debitum, et consequenter et obsignari et solvi poterat.

n. 24. Quibus suppositis quae viam externunt nostrae interpretationi, species textus ita fingenda est. tutoris heres (contro versiam tutelae et transactionem supponimus) promisit residuam partem pecuniae sub ea conditione, si intra diem non sit pecunia soluta, promitto usuras semisses aut besses: sed dicere poteris, nos incurrere divinationis notam; respondimus non sine auctore, scilicet donelo in dicto § Seia 5. qui ita fingit speciem: accedit quod pro tali positione speciei non levis sit coniecturatio in illis verbis, si Seia non cessasset ex stipulatione pecuniam offerre: quasi iureconsultus scevola repetat conditionem quae fuit adiecta usurarum conventioni. dubitati de cursu usurarum, respondet scevola, iure usuras non deberi conditione non existente, sub qua promissae fuerant.

n. 25 Elegans est iuris ratio huiusrei, derivata ex illo principio quo

quo diremus, conditionem haberi pro impleta, quotiescumque eius adim-
plementum non stat per me, et stat per illum in cuius persona stat
implenda; de quo in leg. qui commodiorem 29 et leg. qui quatuor 30 §
uxori 5 ff. de legat. 3º leg. titia 34 § si ea conditione 4 ff. de legat. 2º
leg. 3 § fin. ff. de conditione causa data leg. iure civili 161 ff. de reg. iur.
leg. iure civili 24 ff. de condit. et demonst. leg. 1 C. de his que sub modo. leg. ulti. C. de conditionibus insertis
leg. 3 § non solum 10 leg. si hereditas 26 ff. de statu liberis. cap. in fraude
tit. 2 § si per heredem et ex iure canonico cap. imputari et cap. cum non
stat 66 de regul. iur. in sexto. ex iure regio leg. 14 tit. 4 par. 6. Benedictus
Pinelus lib. 2 select. cap. 5. franciscus duarenus ad titulum de conditionib.
instit. cap. 6 Don. lib. 8 comment. cap. 34 ubi Oual. Otomanus
lib. 5 observ. cap. 6. Sarmiento lib. 2 select. cap. 2 num. 10. Cuiac. lib.
14 observ. cap. 2 et lib. 17 cap. 22 Mantica de coniecturis ultimarum
voluntatum lib. 11 tit. 16 num. 37. et alii quam plures, quos consulto
omittimus: cum igitur in specie quam disputamus, Seia obtulisset
pecuniam, et stetisset per heredem pupille oblatam accipere, conditio
subquia fuerunt onere promisse non stitit, imo contraria stitit
ex oblatione facta a Seia, et recusatione heredis pupille, unde
rectissima ratione iuris Scebolla respondet, iure usuras non deberi,
si Seia non cessasset ex stipulatione pecuniam afferre num. 16

non incongrue poteris dicere, adhuc post oblationem potuisse
longius Seiam progredi in obsignationem scilicet pecunie, qua
deffuciente non posse conditionem impletam censeri; nam adhuc e
verum dicere post oblationem per Seiam stitisse, non solvere, cum potuis-
sset obsignare, et obsignatio pro solutione habeatur leg. debitor
ff. de usuris leg. obsignatione 9 C. de solutionibus. deinde conditio
potest dupliciter adimpleri: vel in forma specifica leg. qui heredi
44 ff. de condit. et demonst. cum vulgatis. vel in forma equipollenti
leg. si mater 3 C. de instit. et substit. leg. mulier 22 ff. ad trebell.
neutrum potest dici in proposita specie, cum nec fuisset pecunia
soluta, neque eius obsignatio esset facta, que equipolleret solu-
tioni: ergo conditio pro impleta non potest haberi per oblationem.

n.° 47 Ad huiusmodi considerationes respondendum est, in presenti posse considerari principalem obligationem, a qua ut se liberet reus, aut solvere debet aut obsignare, uno quam aut altero subsequuto liberatus manet; omnes quam actiones tolluntur, sublata obligatione principali per solutionem aut obsignationem leg. ulti. C. de luitione pignoris. leg. ulti. C. venditorem venditionem pignoris impedire non posse. leg. nec creditores 10 leg. ulti. C. de pign. act. leg. ulti. C. qui potiores in pign. leg. creditor 23 ff. de pignorib. iuxta cuius principij observationem sunt intelligenda iura in leg. item 6 § 1 ff. quib. mod. pign. vel hypot. leg. potior 12 § ulti. leg. quere batur 20 ff. qui potiores in pign. leg. cum tibi 10 C. eodem tit. sistit quam similiter predicta obsignatio usuras que currere ceperant leg. 1 § papinianus 3 leg. tutor 42 § lucius 1 ff. de usuris. impedit quam proculdubio ne incipiant que ante ipsam obsignationem deberi non ceperant; et denique obsignatio quo ad omnes effectus iuris pro solutione habetur leg. fideiussor 64 ff. de fideiuss. leg. qui mutuam 56 § 1 ff. mandati leg. 8 tit. 14 par. 5. leg. 14 tit. 12 et leg. 34 tit. 13 eadem par. 5. in quo obsignatio differt ab oblatione ex causa eiusdem legis 1 C. de susceptoribus propo sitis et arcarijs. et alios quos accurate congerit Larrea tomo 2 decision. granat. decis. 12 et 14. Rodriguez de annuis redditib. lib. 2 quest. 15 Urisonius de solutionib. lib. 2 tit. de obsignatione.

n.° 48 Etiam alio modo potest considerari oblatio debiti quan titatis, non ad liberationis effectum, sed prout eius solutio fuit in conditione ad cursum usurarum: quo casu non requiritur solutio vera aut obsignatio ad hoc ut usure sistantur, sufficit oblatio debitoris et recusatio creditoris; quoniam licet sit verum adhuc pecuniam solutam non esse, neque haberi pro soluta ad debitoris liberationem, sufficienter tamen intelligitur esse paritam conditionem per oblationem: nam verum etiam est dicere, per creditorem stetisse quo

quominus solberetur pecunia; quod sufficit ut conditio pro impleta habeatur ad cursum usurarum sistendum d. leg. iure civili 161 de reg. iur. lg. iure civili 24 de condit. et demonst. d. lg. qui Stichum 30 § uxori 5 de legat. 3° cum alijs allegatis supra. neque facit aliquid, quod Seia non obsignaverit pecuniam debitam ex stipulatione, nam etsi ipsam potuisset obsignare, non tamen debuit ad effectum adimplendae conditionis, cum in odium illius, in cuius persona erat adimplenda, per quem conditionis stetit adimplementum, iure amissum sit ut pro impleta habeatur, ad quem respectum sufficit, ut steterit per creditorem oblatam pecuniam recusare: ex quibus colligitur, conditionem, et posse adimpleri in forma specifica, et in forma equipolenti; hoc est per similem casum ut in d. lg. mulier 22 ff. ad Trebell. et in lg. si mater 3. C. de instit. et substit. et aliquando censeri impletam in odium illius qui pecuniam accipere recusabit ut in animadversis supra n° 19 iuribus.

Ante quam ex hinc transitum faciamus, illustrare oportet proxime traditam interpretationem, ex qua lucem capit imperator in lg. si fundum 2 C. de pactis inter emptorem et venditorem ubi si fundus sit venditus ea lege, ut sive venditor sive eius heres pretium quandoque vel intra certa tempora solverit, restitueretur; postea quam heres venditoris pretium obtulerit, et heres emptoris accipere recusaverit, afirmat Alexander actionem competere vel prescriptis verbis vel ex vendito heredi venditoris, in qua debet ratio haberi eorum que post oblatam ex pacto quantitatem ex fundo pervenerunt ad heredem emptoris: que decisio provenit ex ea iuris ratione, que docet conditionem adimpleri per oblationem, quando pretij solutio est in conditione, quo circa cum pactum de retrovendendo appositum fuisset conceptum sub conditione proposita, ad cuius adimplementum sufficit quod non stet per heredem venditoris et stet per heredem emptoris, statim actio competit post oblationem heredi venditoris, quasi conditione existente pacti

de retrovendendo; quoniam ad hoc ut conditio pro impleta habeatur, ut diximus in precedentibus, solutio non e' necessaria aut obsignatio, sed solum oblatio et renuntiatio.

n° 20 poterit dicere, ideo fuisse adimpletam conditionem per oblationem in di. lg. 2. quoniam contrahentes a principio n̄ apposuerunt solutionem ~~[illegible]~~ pretij in vim conditionis, sed duntaxat ipsius oblationem, ibi vel intra certa tempora obtulissent, quo casu mirum non e' conditionem existere per oblationem siquidem voluntas regit conditiones lg. conditiones 99 ff. de condit. et demonst. lg. si ita 25 ff. quando dies legatorum cedat. et ea fuit voluntas contrahentium in di. lg. 2. ut restitueretur fundus quando pretium eet oblatum: sed facile vim argumenti elli dere possumus, si animadvertamus neminem ex interpretibus dubitasse in di. lg. 2. illud verbum obtulissent, idem valere ac solvissent: nam frequenter in iure oblatio accipitur pro solutione ut in lg. querebatur 20 ibi et oblata, id e' soluta secundum omnium interpretum placitum ff qui potior. in pign. habeant. et in lg. item b § quia paratus 2 ff quib. mod. pign. vel hypoth. docet Brisson. de verb. signif. verbo oblatio. quod cum ita sit, elleganter Alexander respondet ea satisfactum conditioni per oblationem in di. lg. 2. et si solutio pretij eet in conditione.

n° 21 ex quibus expositionibus, iam ducimur quasi manu ad interpretandam nostram lg. si pacto 9. C. de usuris. in qua cum maiores usure fuissent promisse sub illa conditione si minores n̄ eent solute: et si eo casu quo deberi inciperent, ex conventione deberentur; solute; et si eo casu quo deberi inciperent, sub conditione debentur: id circo tamen antequam currere ceperint, sub conditione debentur: id circo etiam si conditio in solutione minorum usurarum concepta fuisset a contrahentibus, satis intelligitur paritum ipsi conditioni, si minores usure oblate sint, et creditor eas renuntiaverit. hec vero doctrina circumscribenda e' intra terminos conditionis adimplende, ut maiores usure non debeatur; nam ut a minoribus usuris iam debitis liberetur, obsignatio requiritur

lg.

le. acceptam 19 C. de usuris. sicuti et necessaria obsignatio est, ut
heres emptoris liberetur ab obligatione pretij. in d. l. 2. C. de n° 22
pactis inter emptorem et venditorem.

Sed contra nostri textus interpretationem, obijci potest textus in l. mulier 38. ff. de lege commissoria. ubi mulier Gaio vendidit fundos, arrhae quoque nomine accepit certas pecunias, pro residua pecunia ita fuit pactum, ut si intra tempora statuta et prefinita non esset soluta, emptor arrham perderet, et inempti fundi essent: die solutioni statuto, cum absens esset venditrix, emptor sacculum cum pecunia signatorum signis obsignavit, posteriore die emptori fuit testatum nomine fisci, ne pecuniam exsolveret venditrici, antequam fisco satisfaceret: venditrix enim fortaxis erat debitrix fisci. quaestionis fuit, an in lege venditionis emptor commisisset. respondit iureconsultus emptorem non commisisse in legem venditionis, et consequenter fundos non esse in ea causa ut vindicari deberent a venditrice. ita dubitatio expenditur. necessarium fuit pecuniam obsignare ut in d. l. mulier emptor contractui non commisisset: ergo non sufficit pecuniam offerre, quando eius solutio fuit concepta sub conditione. n° 23

Ad enodationem huius difficultatis, sciendum est legem commissoriam eam esse, quando adijcitur venditionibus pactum ut si ad diem pretium non sit solutum, sit inemptus fundus: quod pactum contractum non facit conditionale, sed duntaxat operatur ut sub conditione resolvatur l. 1. ff de lege commissoria. l. si fundus 4 eodem Vid. Donellus cum alijs in l. in bonae fidei C. de pactis n° 22. Cuiac. lib. 10 quaest. Papin. in l. pacta 72 ff. de contrah. empt. Alciatus lib. 5 paradoxorum cap. 2. Hotoman. lib. 6 observ. cap. 24. aliud enim est sub conditione contrahi; aliud resolvi contractum sub conditione: primum reddit contractum conditionale; secundum vero purum contractum relinquit. resolubile tamen sub conditione. in potestate autem venditoris erit contractum resolvere non soluto pretio intra diem praefinitam, nam venditor invitus non exercet legem commissoriam, sed tantum volens; illud enim pactum appositum est

gratia venditoris, ideo qz poterit amplectere vel repudiare ven ditor, argumento textus in lg. penulti. C. de pactis. et probant in specie textus in lg. cuz venditor 2 et in lg. naz legez 3 ff. de lege commissoria. docent qz proxime alegati interpretes.

n.° 24 De quibus infertur, solaz oblationez posse operari ut n̄ existat conditio sub qua si existeret, contractus resolveretr: oblationis tamez ideo scevolaz n̄ meminisse in di. lg. ulti. ff. de lege commissoria, dicenduz e': quoniaz supponit absentez venditricez, et absenti non posse offerri certissimi iuris e': quaz obrez ut emptor n̄ incidisset in legez commissoriaz, necessuz habuit pecuniaz obsignare, ex cuius obsignatione et liberationez fuit consequtus, et insimul impedivit ne existeret conditio sub qua fundoruz venditio resol venda foret. ex simili doctrina interpretandus etiaz e' Paulus in lg. cuz quidaz 17 ff. de usuris. in illis verbis, sic temperandaz e', ut in futuruz duntaxat ex die cessationis crescat usura; hoc est ex die cessationis, sive in solvendo sive in offerendo minores usuras; naz vel solutione vel oblatione impeditr conditio sub qua usurę maiores erant promissę: de cuius textus conciliatione cuz lg. lecta 40 in fin. ff. de reb. credit. consulendus e' Cuz. post antiquiores lib. 3 quęst. pauli in di. lg. lecta 40.

n.° 25 Pertinet ad eandez disquisitionez textus in lg. suus quoqz 4 § pure 1 ff. de hered. instit. in qua iure consultus Ulpian. ponit notissimuz iuris principiuz, quo edocemur, filiuz non posse institui sub conditione, nisi potestativa sit conditio; de quo in di. lg. suus quoque 4 et in lg. sed si conditioni 6 ff eodez tto. et in lg. filius 15 et lg. ulti ff de conditionibus institutionuz. Larreategi lib. 1 select. cap. 3 referens Cujaciuz fabruz donelluz et alios. quo supposito Ulp. disquirit quenaz sit conditio potestativa, et asserit conditionez quę sui natura potestativa e', aliquando casualez effici et difficilez ob circunstantias temporis vel personę: exempluz subiungit in hac conditione, si Titio dederit, dederit.

quę

quæ difficilis potest reddi, si Titius cui decem danda sunt, peregri netr longinquo itinere, ex qua contingentia hæc conditio exor bitat lineam potestatis. huius exempli ratio consistit in eo, quod conditio adimpleri non possit a filio instituto, dando decem Titio, cum supponatur Titium absens; neque pro adimpleta haberi possit, quoniam necessarium est ad hunc effectum, ut non stailet per filium adimplementum conditionis decem dandorum, et staret per Titium: at hunc supponimus absentem, non causa protrahendæ aut impe diendæ conditionis, sed forte necessitate rei familiaris, aut volup tate et desiderio lustrandi provincias: igitur conditio neque adim pleri potest, neque pro adimpleta haberi lg. qui heredi 44 lg. mevius 55 ff. de condit. et demonst. lg. iure civili 161 ff. de reg. iur. lg. qui quatuor 20 § uxori 5 ff de legat. 3º lg. filia 34 § 11 ea conditione 4 ff. de legat. 2º. restat igitur, ut ob circumstantiam absentiæ sit conditio difficilis et casualis. ita subtiliter Scotta libro 2 selectarum cap. 9. n. 26

Contra Ulpianum instabis, conditionem decem dandorum non posse reddi casualem ex absentia Titij; nam adhuc instituto filio restabat remedium obsignationis, quo poterat per æqui pollens conditionem adimplere ut in lg. cum heres 4 ff. de statu liberis. cui dubitationi respondendum est, legatarium vel heredem qui a testatore iussus est dare Titio decem, non esse Titij debitorem, neque Titium creditorem heredis vel legatarij: nam cum obligatio sit iuris vinculum quo necessitate astringimur alicuius rei solvendæ prin. instit. de oblig. ubi late Pich. in potestate quæ sit legatarij vel heredis, conditionem adimplere, vel non adimplere, respectu rei cuius datio mere arbitraria est non potest considerari ulla obligatio: accedit eam non esse in dispo sitione quæ sunt in conditione lg. si quis 8 ff. si quis omissa causa testam. cum vulgatis. quo circa cum obsignatio sit adinventa ut debitores liberationem consequerentur, neque in potestate

creditoruz eet, semper habere suos debitores obligatos, pecunia que e' in conditione ut pote n̄ debita obsignari n̄ potest: ex qua ratione iuris fuit necessarium ut fabor libertatis hauriret obsignationez ab equitatis fontibus in di. lg. [struck] 4. ne Sticho libertas differretur: quippe herede absente cui dandus erat, pecunia n̄ stabat accipere, et sic n̄ poterat ex hoc capite haberi conditio pro impleta, ceterum in nostra lg. si per te q et in similibus, licet sufficiat oblatio ut usure maiores currere n̄ incipiant, obsignatio tamez fieri potest, quoniaz usure mino res debite erant ex conventione, licet earuz solutio eet concepta ad cursu; maioru; in viz conditionis

n̄ 127. ex tali doctrina etiaz interpretandus e' iurecon sultus in lg. statu liberos 3 § Stichus 23 ff. de statu liberis. in qua Stichus liber ee iussus fuit, si annua, bima, trima die Denos aureos heredi dedisset; prima pentio stetit per heredez; et secunda etiaz stetit, n̄ statiz liber fit Stichus, quia preter conditionez et tempus adiectuz e' argumento textus in lg. Stichu 4 § 1 ff. de condit. et demonst. itaqz opportet spectare trimam pentionez, in qua potest Stichus offerre heredi eadez decez, que + iterum obtulit in prima et secunda, adeo ut n̄ sit locus penitentie in heredis, quoniaz cuz per heredez stetisset, satisfactuz condi tioni; neqz Stichus habet necessitatez prestandi postea pecuniaz prime et secunde pentionis, ex qua neqz ex conventione neqz ex alia causa debitore.

n̄ 128. ex quibus omnibus aperte cognoscitur n̄ ee nece ssariaz obsignationez et depositionez, toties quoties solutio sit in conditione, ad sistenduz cursuz usurarum; sufficiet ergo oblatio debite quantitatis ex parte debitoris, et recusatio ex parte creditoris ut conditio habeatur pro impleta; naz in odiuz illius per quez stetit eius adimplementuz, receptuz in iure e' ut pro completa habeatur: ceteruz ut debitor liberetur

ab obligatione

ab obligatione et a debitis usuris, precise et necessario requiritur obsignatio aut solutio l. obsignatione 7. C. de solutionibus l. debitor 7 ff. de usuris. et non solum liberatur debitor a se facta obsignatione ~~[illegible]~~ sed si facta sit ab eius fideiussore, nam quo ad omnes effectus iuris pro solutione habetur l. fideiussor 64 ff. de fideiussoribus l. qui mutuam 56 § 1 ff mandati l. penulti. tit. 12 par. 5. Brison. de solutionibus lib. 2 tit. de obsignatione. Geringius cap. 20 § 1 ex n. 34 n. 29

etiam acceptilatio liberat debitorem ab obligatione et ab usuris, potestate solutionis l. non solum 7 § 1 ff. de liberatione legata ~~[illegible]~~ Brissonius l. in diem 5 l. si ex pluribus 16 ff de acceptilatione Don. lib. 16 comment. cap. 21 ibi lib. 2 de solutionib. tit. de acceptilatione Don. lib. 16 comment. cap. 21 ubi Ossuald. Dich. in § item per acceptilationem quib. mod. tollit. oblig. Vreut. volum. 2 select. disput. 29 thesi 4. igitur sublata obligatione principali per acceptilationem, et tolli accessiones necesse est d. l. non solum 7 § 1 ff. de liberat. legat. quia per tube est ac si reus principalis solvisset Ant. Fab. lib. 11 coniecturarum cap. 15 ex quo facile potest intelligi textus alioquin difficilis in l. et per iusiurandum 13 § sed si fideiussori 7 ff. de acceptilatione ubi docet Ulpianus si per creditorem accepto lata sit obligatio fideiussori, etiam liberari reum principalem, quamvis ille re fuisset obligatus, veluti ex mutui datione, ut loquitur Iustin. prin. instit. quib. mod. re contrah. oblig. hoc postremum difficile posset videri, quia acceptilatio est modus civilis dissolvendi obligationis l. verborum 107 ff. de solutionib. Ossual. ad Don. lib. 16 comment. cap. ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ Valencia lib. 1 illustrium tract. 4 cap. 7. ~~[illegible]~~ contractas, a principio. quare tamen dissolvere potest obligationes ~~[illegible]~~ re cum sit et ipsa acceptilatio distractus verborum d. l. verborum 107 ff de solut. l. sane 7 l. nisi consentiat 14 l. et uno 15 § 1 ff de acceptilat. notant petrus fab. et Bebard. in l. nihil 35 ff de reg. iur. Barreategi lib. 8 select. cap. 1: igitur obligatio re contracta, non potuit tolli per acceptilationem fideiussoris. sane dicimus, facile posse dissolvi hunc (n. 30+ nodum; quia fideiussoria obligatio semper verbis contrahebatur, ut cuiquam obligationi accederet l. graece 8 ff de fideiussorib. l. blan

ditur l. 2 c. eodem tit.o ideo q(uod) per acceptilationem mero iure dissolvitur
cum autem dissolvatur solutionis potestate, proinde liberatio redundat
resultat q(uod) in reum principalem, ac si sublata fuisset per realem
solutionem; quare reus principalis et si re non verbis obligatus
fuisset, liberatur per acceptilationem factam efficaciter fideiussori;
consequitur q(uod) per alterius personam, quod per se directo consequi
non posset ut sentit Sturt. in di. § sed si fideiussori 7 et exposuerunt
Cuj. lib. 2 deffinit. Papin. in l. fideiussor 59 ff. de condit. indeb. Larrea
atq(ue) Di. lib. 6 cap. 2. eadem ratione in l. si ex pluribus 16 et in l. si
accepto 20 ff. de acceptil. si in causam iudicati fideiussor datus sit,
et ei acceptum feratur, liberatur quoq(ue) reus, scilicet per consequentiam
et tanquam si fideiussor re vera pecuniam solvisset.

n.o 31 quod autem diximus liberari reum per acceptilationem fideiussoris,
est verum, si cum accepto lata fuit obligatio ipsa, iam reus incepisset
teneri l. si fideiussori 72 ff. de fideiuss. solutio enim ab obligatione, nece
ssario praesupponit praecedentem obligationem, nam privatio praesupponit
habitum, ut cum argumento disputat Paulus in l. decem 126 ff. de
verb. oblig. ideo q(uod) si non dum tenebatur reus principalis, non liberatur
per acceptilationem factam fideiussori: exempla possunt desumi
ex di. l. et per ius iurandum 13 § si legatorum 4 et § qui ita 9 ff.
de acceptilatione. veluti si legata sub conditione relicta fuere,
et ex praetoris edicto heres cavit se legata soluturum impleta
conditione ut in tit.o ff. ut legatorum nomine caveatur. dedit q(uod) fide
iussorem, cui accepto lata fuit obligatio, heres non liberatur
et teneri ~~…~~ praestare legata veniente con[redacted] deinde si ita
stipulatus, quod credidero Lucio Titio, fide tua esse iubes?
Deinde antequam credat, acceptum fideiussori tulerit, postea
Lucio Titio crediderit, reus teneri; Ulpianus reddit rationem
quia reus non potuit liberari antiquiori acceptilatione quam
obligatio eius exorta esset. itaq(ue) haec duo exempla sunt excep
tiones regulae quae proponitur in di. § sed si fideiussori 7. ideoq(ue)
+ n.o 32 statim illi subiicienti + sed merito inquireretis quomodo potest
liberari

liberari fideiussor si ante impletam conditionem non tenebatur 213 274
etiam facilius e responsio et quam ipse Ulpianus prestitit in d.
§ qui itaque quia licet acceptilatio non possit expresse fieri sub
conditione l. acceptilatio 4 ff de acceptilatione. potest sub
conditione tacite fieri, veluti si accepto feratur ei qui sub conditione
promisit. acceptilatio pura est, pure quod concepta, et tamen tacite
involvit conditionem, quoniam non aliter efficax est quam si conditio
obligationis extiterit, alioquin si reus non obligaretur deficiente
conditione supervacua esset acceptilatio l. actus legitimi 77
vers. nam et ff de reg. iuris. itaque ea vera acceptilatio in ipso
instanti operatur effectum quo conditio impleta, et per consequens
eo ipso instanti quo reus principalis obligatur, et tamen ante
prior datur acceptilatio quam obligatio rei principalis neque
mirum est ex vulgari iuris regula qua conditionem
retrocurrere trahique ad tempus actus celebrati. igitur si traha
tur implementum acceptilationis ad tempus in quo interposita
fuit, ex eo tempore non dum obligatum fuisse reum
principalem. hoc modo exponenda sunt illa verba Ulpiani in
d. § qui itaque nam etsi fideiussor ... acceptilatione quam
cum fuerit creditum reo, non tamen ... potuit. nec obstat huic interpretationi
obligatus enim liberari potuit ... condition
sublata ... liberari fideiussorem tempore impleta conditione
nisi et ex antiquiore acceptilatione ... diligentia
cum ita accipiendum est si non ... n. 33
alia ratione potest, quam protest ...
Cum ergo liberato per acceptilationem fideiussore, liberetur
etiam per consequentiam reus principalis, et liberato per eandem
acceptilationem reo principali liberetur fideiussor mero iure
consequens est ut si ipsa acceptilatio rescindatur vel ex causa metus
vel minoris etatis vel alia in integrum restitutionis, restitu
antur veteres actiones tam in unum quam in alterum, qui per accep
tilationem liberati fuere l. metum § ... ex hoc edicto vers. cum autem

le. illud 20 ff. de eo quod met. caus. le. patri 27 § si minor 2 ff. de minorib.
huic parti aliquam officiat injicit text in le. ulti. ff. quae in fraud.
credit. ex qua probari videtur, remissa acceptilatione unius rei alterum
non liberari. species est. debitor qui inierat consilium fraudandorum
creditorum, cum et ipse aliquem debitorem haberet ex cuius obliga-
tione suis creditoribus satisfacere posset, haberet quoque simul
fideiussorem obligatum, fideiussori fraudandi consilio acceptum
tulit: cumque est fideiussore per acceptilationem liberato, liberari etiam
reum principalem per consequentiam: igitur cum uterque liberatus sit per
acceptilationem fideiussoris, quaerit consultus in quem danda sit
actio pauliana ut creditoribus solvat quod per fraudulentam
acceptilationem desiit debere. consultus respondit si uterque
fuerit in fraude creditorum accepto latum fecisse, in utrumque dandam
actionem; si alteruter in eum qui fraudem participavit dandam esse,
non in alterum qui fraudis expers sit argumento ex le. quod autem 6 §
hoc edictum ff. quae in fraud. credit. haec advertit generaliter, sed postea
in vers. si tamen, se recolligit et primam decisionem [illegible] quippe,
si reus principalis fraudem quidem ignoravit, fideiussor
scivit, sed tamen fideiussor non est solvendo, ideoque plenum consul-
tum est creditoribus, si adversus eum actionem paulianam dirigant,
utrum eis danda sit praedicta actio in reum principalem et
quantis interrogans et dubitans more solemni decidit in reum
principalem dandam actionem, qui ex causa lucrativa liberatus
fuit, et in his qui lucrum captant ex fraudatione, non requiri
fraudis consilium ut teneantur pauliana [illegible] le. quod autem 6 § simili
modo 11 ff. quae in fraud. credit.

n. 34 Eodem themate retento in vers. [illegible] notae legis ultimae
ff. quae in fraud. credit. quaerit quid sit dicendum si accepto latum
sit fideiussori ignoranti fraudem, cum reus particeps fuisset
reus principalis, numquid in eum debeat dari actio pauliana
si reus principalis solvendo non sit. negat iure consultus dandam
actionem; rationem quoque subiungit plane elegantem et propriam

quia

quia fideiussor qui fuit per acceptilationem liberatus, nihil lucratur, sed potius detrimentum non capit: obligatio enim fideiussoria ex aliena causa interponitur. prin. instit. [illegible] de fideiussorib. et qui eam subijt, damno se exponit et non lucro: ergo a contrario qui se liberat ab obligatione fideiussoria, damnum excusat, sed non adquirit lucrum: igitur nihil capit ex causa lucrativa ut possit teneri sine participatione fraudis. Hactenus iure consultus. ex quo sic argui potest, actio pauliana revocatoria est eius quod in fraudem creditorum fit leg. 1 § ait ergo 2 ff. quae in fraud. credit. § item si quis 6 instit. de actionib. sed revocata acceptilatione per actionem paulianam, non restituitur actio in fideiussorem vel in reum, nisi in predictis casibus: quod verum non est, rescissa acceptilatione dari actionem in eos qui pridem fuere obligati

ad hunc nodum relaxandum, permonendum est, omnes debi- n. 35
tores qui in fraudem creditorum liberantur, per hanc actionem revocari in pristinam obligationem leg. ait praetor 10 § praeterea 22 leg. omnes 17 ff. quae in fraud. credit. restituuntur ergo per actionem paulianam, non autem dominia, sed etiam obligationes leg. hac in factum 14 ff. eodem tit. veluti si fraudis consilio debitor per acceptilationem liberatus fuit, ut dicitur in leg. 1 in fin. ff. eodem tit. ordo vero rescissionis hic est, ut prius detur actio in fraudatorem ipsum, etiam si non sit solvendo leg. 1 leg. ulti. c. de revocandis his quae in fraud. credit. deinde fit transitus ad debitores liberatos ut se reponant in veteri obligatione d. leg. ait praetor 10 § si conditionalis 23 ff. quae in fraud. credit. Cuiac. lib. 12 observ. cap. 5: quam ob rem agendum sit actione pauliana, ut liberatus demum suscipiat veterem obligationem, consequens est ut non restituatur obligatio nisi in eum in quem potest dari actio pauliana: igitur si competit in fideiussorem et non in reum principalem, restituitur fideiussoria obligatio et non principalis, et e contra: neque est contra ius, quia fideiussoria obligatio cum sola restituitur, non restituitur tanquam accessoria et dependens a principali, sed tanquam nata ex fraudatione et participatione mali consilij, quae fideiussori imputatur, et non

reo principali; ideo autem in alterum non restituitur, quia non debet quis alterius dolo aut odio pregravari cap. non debet 22 de reg. iur. in sexto. ratio autem propter quam si fideiussor sollvendo est, actio in reum principalem non restituitur est illa: quia restitutio actionis non est necessaria, si quidem in reo principali deffiuit effectus fraudis, cum creditores suum servare possint a fideiussore: ex quo sequitur actionem que datur contra reum principalem expertem fraudis, cum fideiussor non est sollvendo, esse subsidiariam ut notabit Alciat. indi. l. ulti.

n° 36 ex dictis ergo manet, fideiussore per acceptilationem liberato liberari etiam reum principalem; quod si pacto liberatus sit fideiussor, exceptio non communicatur reo: reus quoque toties quoties stat obligatus actuali obligatione, necessum habet faciendi solutionem aut obsignationem ut maneat liberatus ab obligatione, usure quoque currere desinant, quoniam sublata obligatione sistitur cursus usurarum; attamen si sub conditione debeat taliter ut solutio sit in conditione, sufficiet oblatio ut usure non currant, nam iure admissum est ut sufficiat oblatio ad effectum adimplende conditionis, dum non stat per debitorem eius adimplementum et stat per creditorem, in cuius odium conditio pro completa habetur. cum quibus nostre tractationi finem imponimus in tandem etta

✠

V[illegible]

DE

[illegible]

✠

VTILIS TRACTATUS DE Nauticis Vsuris.

Pro explanatione Textus in capite Nauiganti de Vsuris, et totius Tituli ff. et C. de Nautico fœnore.

Vt animorum oblectamento, ac optato ingeniorum progressui consulere aliquatenus videamur, operæ pretium duximus, perutilem, et difficilem materiam seligere; quæ non modo in scholis parum frequens sit, (vnde vilescere non vereatur) verum etiam ob sui præstantiam, et reconditam eruditionem Auditorum animos suauius allicere, ac vtilius valeat oblectare.

N. 1

Seligendam ergo duximus materiam de Usura nautica, quæ ad traiectitias pecunias expectat, id est, quæ trans mare vehuntur, ut loquitur Modest. in l. 1. ff. de naut. foen. quam explicat Cuiacius ad tit. C. ff. de naut. foen. Donel. in 2 thom. digesti veteris in tit. de usuris. Hotomanus ad tit. de naut. foen. et lib. 9 observ. c. 12 Petr. Greg. lib. 22 Syntagmatum c. 3. n. 41. Ioan. Baptista Lup. in c. naviganti de usuris. Azor. 3 p. moral. lib. 5. c. 6 q. 1. Salm. tractatu de usuris dubio. 22. Cobarrub. lib. 2 var. c. 2 Navar. 3. c. 2. Plures referens Bonacin. de contractibus disp. 3. q. 3 puncto 5. igitur ut eam hoc dici pectine percurramus. Scire oportet. Usuram esse lucrum pretio æstimabile a mutuo immediate proveniens, ut tradit Bonacin. loco nuper citato. Ioan. Pubianez lib. 1. canonic. lib. 1. canonic. c. 39. Ad usuram quidem committendam tria requiruntur. Primum, quod lucrum exca proveniens sit pecunia æstimabile. Unde mutuans pecunias animo consequendi amicitiam non committit usuram, quia amicitia non est pecunia æstimabilis. Secundum requiritur quod ex mutuo descendat: nam si aliunde, veluti ex venditione, ultra iustum pretium proveniat, non constituit usuram. Tertium ut immediate

proveniat

prouenat. Si enim mediante amicitia speret lucrum non vt pretium Mutui minime committit Vsuram, Vt tradit Les lib 2 de Iust. et iure. c. 20. Sotus lib 6. q. 1 art. 2. Quapropter videt Alex. 3. in c. 1. c. 2 de vsuris statuit Lucri facere fructus rei pignoratę vsuram esse cum sit lucrum immediate descendens ex mutuo. docet Abb. in d. c. 1. n. 2 et ibi Ioannes Andrea.



Cum autem ex mutuo descendat vsura, aperte colligitur eam omnino esse prohibendam nam mutuum inductum fuit iure gentium, ad opitulandum egentibus, quia ex officio humanitatis interest hominis beneficio, hominem affici. L. Seruus 7 ff de seruis export. Quare mutui natura, et forma contractus est, ne plus, vel minus quam datum est restituatur, eadem bonitate, et qualitate, L. certi condictio 9 ff de rebus credend., ita vt caueri non possit si data sint decem vt vndecim vel amplius reddantur. L. rogasti 11 ff eodem tt. de rebus cred. Praecipue apparet Vsurę prohibitio, ne homines in necessitate constituti, pecunias a foeneratoribus sub quacumque conditione acciperent, vsuraque multiplici destruerentur, tandemque ad summam rerum egestatem redigerentur occasione peccandi concessa foeneratoribus. c. quid dicam 14 q. 4. Vnde Plutarc. in libello quod non debeat foenerari, omnem foenerandi damnat rationem,

Conducit, maxime in pecunia numerata. Nam contra naturam esset, ut pecunia, quae sterilis est per se, et sine fructu est, generet utilitatem, et foetum L. 2 de usu fructu earum rerum, quae usu committuntur. Ideo q. Aul. Gel. usuram quasi foetum dixit Lib. 2 noct. Atic. c. 26 solum enim pecunia ad pretium aestimationemque faciendam inuenta fuit. L. 1 de contrahend. empt. exornat prohibitionem usurae pluribus testimoniis Menochius de arbit q. 3 q. 3 Petr. Greg. supra. c. 3 n. 27 Donel. in tract. de usuris folio 4

Ex qua ratione deducitur interpretatio ad text. in c. consuluit 10 de usuris, ubi non aliàs mutuo traditurus eo proposito mutuauit, ut licet omni cessante conuentione, plus tamen sorte recipiat. Quapropter quod recipit teneri restituere non quidem solum realis usura quae expressa conuentione sit prohibetur, veluti mutuo tibi centum, ut reddas centum, et viginti vel palliata, quando non formali mutuo siue expresso, sed tacito, et virtuali proponitur, scilicet si vendam domum pluris iusto pretio ob dilationem solutionis, vel minoris ob anticipatam solutionem, quia, et hoc casu mutuare videtur, qui dilationem permittit, vel citiùs soluit, ita Laym. man. Lib 3. tractatu 4 c. 16. Reuel. de iust. et iure lib. 8. q. 1. Quinimo, et mentalis usura contra aequitatem mutui est, ideo q. rectè ab Urbano 3 prohibita est in d. c. Consuluit. tradit Gutierrez Lib. 2 canonic. c. 23 n. 1. cum

N. 3

n.31 cum Seqq. Bonacin. disp. 3 de contract. q. puncto 2. cum n. 3

Verum haec interpretatio huic resolutioni, quae circa vsuram mentalem proponimus ex Vrb. 3. in d. c. Consuluit obstat tex. in c. final. de Symonia; quo loci statuit Greg. 9. simoniacum mentalem, non teneri ad restitutionem; quo maiori ratione non tenebitur restituere vsurarius mentalis. Cuius difficultate oppressi authores varij varia dixere vt constat ex his, quae referunt Couar. in regula peccatum in princ. n. 4 Sotus lib. 9 de iustitia q. 8. Medina de restitut. tract. de vsur. q. 4 sed. nos breuitati consulentes pluribus ommissis dicendum existimamus, quod cum in vsura mentali solum versetur turpitudo ex parte recipientis, sicut in reali semper obligat restitutio ex reg. textus in l. 2 § final. ff de condit. ob turpem causam vbi plura congessit Donel. Lib. 14 comment. c. 29 vbi plura congessit oluat. datum enim ob turpem causam, etiam re sequuta repeti potest nisi vtriusque, tam dantis, quam recipientis turpitudo adsit: nam hoc casu melior est conditio possidentis. L. 3. ff eodem tit. de condit. ob turp. caus. quocirca cum in Symonia mentali, sit vtriusque turpitudo: melior debet esse conditio possidentis, ex ea causa cessat restitutio vt sentit Nauar. in manual. c. 27. n. 32. et in d. c. final de simonia

Nec obstat si replicis ex textu in c. Nemini 29 de Simonia. vbi traditur realem

Simoniacum teneri ad restitutionem, et tamen utriusque turpitudo adest sicut in Simonia mentali

fatele tamen satisfacies si aduertas in crimine rea
lis Symoniae specialiter licet utriusque dantis s.
et recipientis turpitudo consideretur, necessariam
esse restitutionem iure Ecclesiastico in poenam tan
ti delicti; c. de hoc. c. audiuimus. de symonia:
c. si quis Episcopus. c. presbiterum. 1. q. 2. facit
illud Mathei c. 10 ubi gratis accepistis, gratis date.
D. Tho. 2.2. q. 100 art. 6. pro totum, quod facimus
cum in Symonia mentali non appareat, tam in foro
conscientiae quam exteriori cessat restitutio licet
poenitentiam condignam pro illo graui peccato
debeat facere. d. c. final. de symon. L. 5 tit. 17 part.
1 ubi dum de Symoniaco mentali agit, ait. No ha
por que renunciar solamente que haga penitencia
del hierro que fizo porque la gano assi et notat
ibi Greg. Lopez, Joan. Gutier. supra n. 35, et 52
illud tamen notandum est, in d. c. dimeris 29, resti
tui Symoniace accepta, eidem, qui dedit, quoniam
ignorabat Symoniam committi. putauat enim sic
de more ob ingressum religionis obseruari quae
propter sine culpa non erat puniendus. c. sine cul
pa de reg. iuris in 6. l. final. ff. de decret. ab
ord. faciend. aliter autem si in culpa fuisset, qui
pecuniam dedit, non ipsi fieret restitutio, sed
potius Ecclesiae, ob quam Symonia fuit commissa
d. c. de hoc. de simonia. D. Thom. 2.2. q. 62
art. 5 ad 2. docet Les. de Iust. et iure lib 2 c. 35
n. 123

n. 128 Suarez Lib. 4 de simon. c. 59. Cobar. in reg. peccatum. 2. p. § 2. n. 7.

N. 6

Quibus sic praehabitis iam constat, omni iure prohibitam esse vsuram, et nullius causae praetextu esse permittendam, vt asserit Alex. 8 in c. super eo 4 de vsur. ibi, ne etiam pro redimenda vita captiui vsurarum crimine inuol uatur, et apparet iure diuino prohibitio ex tt.° Exodi c. 22. vers. 25 Leuit. c. 25. Ezechiel. c. 19 vbi Dominus ait, Vsurarius non viuet, sed morietur. Licet enim in Deuterom. c. 25 vers. 19 legamus permissas fuisse vsuras circa extraneos vt constat ex illis verbis, non foenerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam, etc.ª id permissum fuit ad maiora mala euitanda, ne populus propter auaritiam, ad quam valde propensus erat, fratres suos opprimeret, sicque authoritate diuina dominium fuit illis quaesitum, Igitur vt impuni ta, non vt licita permissa legitur vsura. D. Th. 2.2.ª q. 76 art. 2, et ibi Caiet. Foelician. Lib. 2 de censibus. c. 5 ex n. 13 Maior in 4 dist. 25. q. 29. Apparet etiam ex L. euangelica Lucae c. 6. ibi mutuum date nihil inde sperantes, et ex alijs Locis vnde hanc prohibitionem iuris esse natu ralis etiam certum est. quia nihil in Lege Euangelica statuitur, neque vt illicitum prohibetur. quod non sit iure naturali statutum, exceptis his, quae circa sacramenta, et fidei catholicae articulos instituta sunt. ita D. Thom. 1.2. q.

q. art. 9, et q. 104 art. 3. Magist. in 4 sententiarum distinct. 3. Quibus authoritatibus moti Pontifices iure nostro canonico prohibuerunt usuras c. consuluit. c. super eo. c. in omnibus de usuris c. si quis. 47 dist. c. nec hoc 14 q. 4 Concil. Illiberitan. can. 20 primum omnium totius Ecclesiae celebratum in Hispania; anno. 305. Baron. eodem. an. vel ut voluit. Padilla in historia Ecclesiast. Hispaniae cent. 4 c. 35 tempore Melchiadis Pontificis anno 312 licet varie hoc tempus apud omnes notetur, teste Ferdinando de Mendoza in notis eiusdem Concilij lib. 1. ad clemen. 8. c. 2. et 3. Pariu lib. 7 c. 48 anno 333 concil. nicen. primum sub Silvestro anno 324 ut refert Niceph. lib. 8 historiae Ecclesiast. c. 14 Concil. Lateran. sub Alex. 3 anno 1163 ubi usurarij publici a communione sacrosanctae Ecclesiae eucharistiae et a sepultura Ecclesiastica arcentur, quod confirmatum est in concilio Lugdonensi relato in c. 1. et 2 de usuris lib. 6. cum alijs. Petrus Gregorius lib. 32 syntagmatum c. 3. ex n. 8. Azul. q. 2. sect. 2.

Insurgit tamen difficultas ex textu in c. ab illo 14. q. 4 ubi probat Divus Ambrosius usuram permissam, licitamque esse dum ab eo exigatur, cum quo bellum habemus: quia ubi ius belli ibi ius usurae. Qua difficultate oppressus Conrad. de contract. q. 42. n. 3 asserit verba illius textus non esse D. Ambrosij sed alicuius haeretici illius temporis. fallitur tamen Conrad. si quidem constat verba praedicti capitis ab illo esse eiusdem Ambrosij, ut legimus in lib. supra Tobi.

Tobi. c. 6. quapropter respondendum est in bello iusto usuras permissas esse cum hoste, ex eo quod nobis licet ea omnia, quae ab hostibus capimus nostra fieri iure gentium l. 5 § final. ff de acquirendo rerum dom. l. Diuus ff de iure fisci in tantum ut liberos homines captiuitate seruos efficiamus. l. 7 de acquirendo rer. dom. § 1 instit. de libertinis. Donel. lib. 4 comment. c. 22 ubi et Sualdus. Petrus Greg. lib. 20 Syntagmatum c. 4 n. 5. Petr. Fauer. lib. 3. Semestrium c. 3. sic quibuscumque insidijs, et artibus licet nocere hosti, c. Dominus 23 q. 2. c. 4 et 2. 23. q. 7. c. dispar 23 q. 8. Unde mirum non est, quod dicat D. Ambr. liceri ab hoste usuras accipere, cum ita qui usuras flagitat sine ferro dimicat, et sine gladio se de hoste ulciscitur dum usurarius exactor est inimici Azor instit. moral. 3. p. l. 7. c. 8.

Prohibitas etiam fuisse usuras iure ciuili in comperto est ex l. duodecim tab. qua cauebatur ne unciario quidem foenore amplius exerceretur. referunt. Balduin. et Hotom. ad easdem leges, l. improbum foenus. l. ex qq. caus. infamia irrogetur l. ult. C. de usur. nouel. 131 de Ecclesiast. tit. in princ. unde bonis moribus semper improbatas legimus apud Titum Liuium lib. 7. quo loci refertur Lelium Genus tribunum plebis tulisse rogationem ad Populum ne foenerari liceret, admissamque esse. Corn. Tacit. lib. 9 Annal. Plato lib. 5 de legibus. Arist. lib. 6 polit. c. 2. Sueton. in Iulio

